Erunt signa in sole ⁊c. Uiso de personarū ad incarnationis pconiū cōcurrentiū methaphorica descriptiōe. Restat secūdo videre de signoꝝ in eis apparētiū mistica designatione. Quia dicit. Erunt signa ⁊c. ¶ Et pmo videat de signis que apparuerūt ī sole videlicet christo. que fuerūt tria in signis que de sole corpali legimus mistice intellecta. In sole nāq̄z legimus accidisse signū statiōis. signuz retrogradatiōis. ⁊ signū obscuratiōis vt supra declaratū est in postillando. Sic in christi icarnatione correndent fuerūt hec signa. vicz instantanea corpis formatio integra hoīs reparatio et diuine glie occultatio. ¶ Primū igr̄ signuz fuit pfecti hoīs instantanea formatio. quā figurauit solis statio de qua legit Jos. x. Qd sic ptz Cū enī motus solis in obliquo circulo sit causa generatiōis in istis inferioribꝰ. de nullo generato p naturā verū est dicere solem stare. Itē cuz oīs actio naturalis sit in motu ⁊ in quodā transitu ⁊ successione. in nulla tali actione est statio. nec de pducto tali actiōe p quocūq̄z tpe verū est dicere ipsum stare. ppter cōtinuū fluxū mutabilitatis cui subiacet. ac p hoc nunq̄z in eodez statu pmanet. In actione vero instantanea. q̄ ibi sūt simul tpe mutari et mutatuz esse vt habet declarari. vj. phisicorū. est quedā statio p quanto ibi nō est motus et successio. Quia igr̄ ista benedicta incarnatio. nō opatione naturalis agentis. nec successione tpis sed in instanti facta fuit. nec ipse christus mutabilitate nature corrupte subiectus fuit. vtpote quē non mouit manꝰ peccatoris. exemptus ab illis qui ibi scilicz in pmo parente ceciderūt ⁊ opant iniquitatē. expulsi sunt nec potuerūt stare. ps. xxxv. Ideo non inconueniēter dē in sua icarnatione solem stetisse. In q̄ signo ineffabili virtꝰ diuina relucebat ī quattuor. que ibi fiebāt in vno eodēq̄z instanti vicz corporis instantanea formatio. aīe rōnalis infusio vtriusq̄z cuz supposito diuino ypostatica vnio. scientiaꝝ et vtutū pfecta cōcreatiō. Que omnia sūt sup cōmunē legē nature. ⁊ ideo pnosticāt notabile signū in isto sole bñdicto. Nā sm cōmunē cursum nature vt patet p phm in de aīa libꝰ. et p beatū Aug. in li. lxxxiij. q. Corpis hūani formatio. xlv. diebꝰ pficit. Quia sex diebꝰ ē sub forma lactis. pꝰ ix. diebꝰ sub forma sanguinis. xij. alijs cōsolidat in carnē. ⁊ ex tūc in. xviij. diebꝰ sequētibus organisat. ⁊ tūc demū aīa infundit. q̄ etiam pꝰ successu tpis et nō in instāti scientijs ⁊ vtutibꝰ perficitur. Sed hec omnia in christo completa

fuerunt in vno eodemqz instanti. Quare hoc no-
uum et magnū signum fuit. De quo Hiere. xxxi.
Nouū fecit dūs super terram. femina circūdabit
virū. Quod verbum pertractās Bern. sic dicit. Vir
erat Jesus non dum nat⁹. sz sapiā nō etate. aīe
vigore nō corporis. maturitate sensuū non corpu
lentia mēbroz. Neqz enī minus habuit sciēcie
Jesus cōceptus qz natus. paruus qz magn⁹. Si-
ue ergo latens in vtero. siue vagiēs in psepio. si-
ue iam grandiusculus interrogans legis docto
res in templo. siue iā pfecte etatis docēs in pplo
eque pfecte plen⁹ fuit spū sancto. ¶ Secū
duz signū fuit nature corrupte reintegratio. quā
figurauit solis retrogressio facta tpe Ezechie. d
qua legit Esa. xxxviij. et iiij. Reg. xx. vbi dicitur. q
reuersus ē sol. x. lineis p quas descēderat in horo
logio Achaz in decliuiū. Natura siquidē hu-
mana olim in statu innocētie constituta. quodam
modo assimilabaī soli ppter puritatē et claritatem
tem naturaliū et gratuitoz in quib⁹ creata fuit
Sed hec tandem a sua puritate declinando. de
scenderat quasi. x. lineis. p trāsgressionē videlicz
decalogi in horologio Ade et sue posteritatis.
Quot enī mandata peccōr violat. qsi tot lineas
solis absentia interiecto trāsgressionis obice ob
umbrat vt glosa dicit ibidē. Vel qz p illas lineas
in horologio achaz que fuerunt numero. xij. di-
stinguebanī hore dierum possum⁹ p illas. xij. lineas
accipe. xij. nobiles et pclaras cōdiciōes in quib⁹
hō condit⁹ fuit. Quarū sex accipiunī penes cor
poris et sex alie penes aīam. Prima fuit ppa-
gationis castitas. In statu enim innocētie fuissz
thorus īmaculatus et cōmixtio sine cōcupiscen
tia libidinis et ptus sine labore doloris fm bea-
tum Aug. Secūda cōplexiōis sanitas. Fuisset enī
hūana cōplexio ad mediū redacta. nec esset hu-
moruz distempantia. et p cōsequēs fuisset ibi sa-
nitas continua. Tertia iusticie originalis integri
tas. que cōsistebat in pfecta obediencia virium
inferiorū ad rōnez supioz. Neqz enim esse pote
rat aliq̄ sensualitatis rebellio ipsa rōne obedien
te deo. Quarta corporis et aīe impassibilitas. Nec
enī erat ibi esuries neqz sitis. frig⁹ neqz estus. la
bor neqz dolor. tristicia neqz verecūdia. Quīta
fuit īmortalitas. poterat enī homo nō mori per
manutenentiā dei et esum ligni vite. Sexta lo
ci tranqllitas videlicet in paradiso q̄ est loc⁹ trā
quillitatis voluptatis et exultatōnis fm Dam.
Septima fuit petī īmunitas. Qz factus est hō
non solū sine peccato sz etiā sine oī incitamento
peccati. Octaua cognitionis pspicacitas. quia
habuit triplicē cognitionē scz dei non enigmati
cam sicut nūc. sed p quādā interiorē inspirationē
necessitata claram sicut beati habēt in patria. Eti
am habuit cognitionē sui. qz qualis fuit factus
sciuit. et quid agere vel cauere deberet intellexit
Habuit nihilominus cognitionem reruz ppter
se factarū quib⁹ et noīa iposuit. Nona fuit vir-
tutū serenitas. habuit enī caritatē et alias vir-
tutes infusas vt determinat magister sniaz li. ij. dis.
xx. Decima beatitudinis securitas. qz viuentes
fuissent trāslati de paradiso terrestri ad celestez
Undecima arbitrij libertas. qz hō recepit in ad
iutorium liberū arbitriū ab oī corruptela īmu-
ne quo stare posset si vellet. Duodecima fuit di
uine imaginis dignitas. qua mēs dei capax par
cepsqz esset fm Aug. Per has oēs lineas descē
derat et iam ad decliuiuz tenderat hō. qui pene
oēs cōdiciōes pdictas p peccatū amiserat. et sic
quasi tota dies hūane felicitatis declinauerat
vt dicere possent illud Lu. xxiiij. Mane nobiscū
dñe qm̄ aduespascit et inclinata ē iā dies. Du-
abus solū lineis vltimis adhuc vix superstanti
bus scz liberi arbitrij dotatione et diuine imagi-
nis insignitione. que duo velut due linee adhuc
remāserāt fm essentiaz. vulnerata tn̄ q̄ ad natu-
ralia et spoliata quo ad gratuita. Remāsit qppe
liberū arbitriū sz depravatū et imminutū. qz p pec
catum difficultatē recepit ad bonū et pnitatem
ad malū. Prius enī homo p liberuz arbitrium
poterat peccare et nō peccare. sz p⁹ potuit pecca
re et non potuit nō peccare. Imago etiam dei re
mansit in aīa post peccatū sz q̄si deformata. Vñ
lamentabaī pphā Trenoz. iiij. Denigrata ē su-
per carbones facies eoz. et ideo non sūt cogniti
in plateis. id est in vijs ad vitā eternā tendētib⁹
Per has itaqz lineas duas sol humane condi-
cionis nō plene descēderat. vt visū est. oib⁹ alijs
x. lineis ptrāsitis et retromissis. In christo autē
sol humane cōdicionis reuersus est p illas decez
lineas p quas descenderat in horologio ade. qz
natura humana in hoīe christo reposita fuit in
oīmoda pfectione pstini stat⁹. licet penalitates
passibilitatis et mortalitatis in se assumpsit dispē
satiue. non nature sue necessitate. sz amoris nri
īmensitate. ¶ Tertiū signū est diuine glie
in humana natura occultatio. quā designabat
solis generalis obscuratio tpe dñice passiōis lu
ce. xxiij. Fuit aūt in sole christo triplex obscuratō
In eo enī thesaur⁹ sūme abūdātie occultat⁹ est
sub paupertate extreme indigentie. Qz ille ī cui⁹
domo sūt glie et diuitie. adeo paup fuit vt nō ha
beret vbi caput suū reclinaret. Et in hoc fuit pau-
perior oī creatura. quia cuilibz creature etiā bru
tis et insensibilibus puisus ē loc⁹ sue quietis. q̄
tamē christo negatus fuit. put ipse cōqueritur

Matth. viii. Vulpes foueas habēt et volucres celi nidos. filius aūt hoīs non habet vbi caput suū reclinet. Quā etiā paupertatem in initio sue natiuitatis inchoauit. q̄a nec locū nascendi habuit qui terram palmo cōcludit. Nō erat inquit euāgelista ei locus in diuersorio. et vere nec in p̄sepio. nam ipsū artū p̄sepe cū animalibus eum p̄tiri oportuit. Ob hoc etiā fm Berñ. Christus tanta paupertate optus est. vt nos bonis celestibus affluenter ditaret. Vñ apls. ij. Cor. viij. Scitis inquit fratres grāz dñi dei nostri iesu christi qui cū diues esset. p nobis egen⁹ fact⁹ est. vt ei⁹ inopia diuites essem⁹. B Scđo splendor paterne glorie obscuratus est obumbratiō humilitatis infime. Exinaniuit eni semetipsuz formam serui accipiēs et habitu inuent⁹ vt homo imo opp̄brū hoīuz et abiectio plebis. Ob hoc aūt tanta opp̄bry vilitate gl̄iam suaz occultari voluit vt naturā humanā cōtēptibiliter deiectā erigeret. et honorabiliter sublimaret. put deducit btūs Aug⁹ de cathezizandis rudib⁹. Esuriuit inquit christ⁹ q̄ oēs pascit. sitiuit p quē creatur ois potus. et qui sp̄ualis panis ē esurientiū fonsq̄z sitientiū ab itinere terrestri fatigatus est qui seipsum nobis fecit viam in celuz. velut obmutuit et obsurduit corā cōuiciantib⁹ p quem mut⁹ loquit et surdus audit. vinct⁹ ē qui infirmitatū vinculis nos soluit. flagellatusq̄z est qui oīm flagella doloz̄ ꝯ hoīm corpib⁹ expulit. crucifixus est qui cruciatus finiuit. mortuus est q̄ mortuos suscitauit. C Terno speculū sanctitatis et innocētie obumbratuz est carnis peccati similitudine. Quia vt dicit Theophi. sup illud Joh iij. Sicut moyses exaltauit serpētez ꝛc. Sicut inq̄t serpēs ille spēm bestie habuit venenū non habuit. sic christus similitudinē carnis peccati. non carnē peccati gessit. Et hoc signuz diabol⁹ cōiecturando ppenderat vt in ei⁹ persona btūs Aug. sup matth recitat sic. d. Jnē peccatores et ipsos natus mortali etiā de mrē pgress⁹ purgatior nascētibus cunctis. et ipso celo mihi purior apparet. Nā et auaricie radix i eo nulla insurgit. nulla cor eius mouit inuidia. nescit ei⁹ lingua mendaciū. nulla aurū volu ptate molliunt oculi eius cōcupiscētiā non admittit. luxuries certe p quā humanū subieci genus pectus eius penetrare non p̄ōt. nulla ibi iactātia inest. nulla malicia. Quid plura nihil in eo qd me delectet inuenio. oēs meos conatus euacuat. an forte deus est iste quem nullum potest maculare delictum. Hec beatus Aug⁹.

Subsermo secundus
VIII

Erunt signa in sole ꝛc. Viso de signis que apparuerūt in sole scz christo. videnduz nūc est scđo de signis que apparuerūt in luna id est. virgine gl̄osa. A. Et q̄dē i hac lūa appuerūt tria sig admiranda. sumpta penes tria que legimus de luna. que sunt naturalis sui motus cessatio. lūinis sui occultatio. et splendoris in sanguinem mutatio. His correspondent tria signa vtiq̄z stupēda fuerūt in virgine gloriosa. videlicet vteri ei⁹ p̄ter nature motū fecundatio in spūs sancti obūbratione. luminis rōnis p fidem obfuscatio in filij sui ꝯceptiōe. dimensi dulcoris in dolorē acerrimū cōmutatio in filij passione. C De primo legitur Josue. x. vbi iosue imparit lune his vbis Luna contra baylon non mouearis. Nam tūc naturalis eius motus illac fuisset. Per qd figuratū est p̄mū signū in virgine. quā cōtra cōmunem nature cursum et p̄ter nature motū spūs sanctus ineffabilē impgnauit. vt simul esset mater et virgo. Haylon quippe interp̄taē. vbi sūt vrsi et p vrsos intelligunē carnalis petulantie motus iuxta illud. j. Reg. xvij. Leonem et vrsū interfeci ego. glo. i. supbiam et carnis cōcupiscentiā ego subiugaui. Gloriosa itaq̄z luna scz virgo maria cōtra legem nature versus baylon nō mouebatur. q: eius ingrauidatione carnis cōcupiscentia non opabaē. Vñ Petrus ra. sup illud Lu. j. Hic erit magnus et fili. al. vo. dicit sic O virgo matrē te fecit gratia non natura. genitricē te pietas dici voluit. quā integritas non sinebat. Jn tuo ꝯceptu in tuo ptu creuit pudor. aucta est castitas. itegritas roborata est. virginitas solidata. Hoc signum cōsiderās Berñ. ij. omel. super missus est dicit sic. Hoc inq̄t natura non potuit. vsus nō docuit. rō nō capit q aliqua simul esset mater et virgo. Et signanē dic̄ q natura non potuit. Quia fm Berñ. ibidē. Nunq̄z iuxta ordinē rerū inuenit virginitas vbi fecūditas p̄dicatur et nunq̄z fecūditas vbi virginitas integra cōseruaē. Sola hec est in qua virginitas et fecūditas obuiauerūt sibi. Quod etiam signum in hac luna sanctissima futurū p̄uiderat et nobis fidei oculis inuendū p̄mōstrat. ppheta Esa. vij dicēs. Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū Vbi est aduertendum. q licet forassis fm Auicennam possibile sit v̄gīnē absq̄z sui defloratiōe naturaliter cōcipe non tñ pere. Et ideo forte ad hoc insinuandū non suffecit dicere ppheta. Ecce virgo cōcipiet. nisi protinus adderet. et pariet filium. B De scđo dicit Mat. xxiiij. Luna nō dabit lumen suū. Hoc impletū fuit in virgine bta

que lumen ppriū naturalis videlicet rōnis occultauit in aiōis luminis supuentione sc3fi dei sm modū supra tactum in postillando. Tantā quippe efficaciam lumen fidei opabat in vgine. vt lumen naturalis rōnis in ea vinceret τ quasi totaliter absorberet. Unde Bern sermone x. Mirum in fuit quō cor humanū fidem accōmodauit. q̄modo credi potuit. ꝙ deus et homo ess3 ꝙ virgo mansit que peperisset. sicut ferrū τ testa iungi non pn̄t. sic hec duo nequeūt cōmisceri. si non misceat glutinū spūssancti. Hoc signum in ea claruit. qn̄ verbis āgeli consensū pfecte adhibuit. d. Ecce ancilla dn̄i τc. Tūc enim mor vtute fidei consecuta est. vt esset mater veri dei et veri hoīs. ¶ De tertio dicit Johel. ij. Luna cōuertet in sanguinē. Quō mistice impletum est in hac luna bn̄dicta. que splēdorē gaudij et suauitatis quā in filij sui pturitiōe habuerat. i sanguinem cōpassionis et doloris acerrimi commutauit. In actu eni pturitiōis. in quo cetere femine naturaliter dolorē intolerabilē patiunt. ipsa inenarrabili dulcedine et gaudio repleta fuit que gaudiosa suauitas in maximā acerbitatē doloris. tpe passionis filij cōuersa fuit. Hoc signum pnderat symeon senex. Lu. ij. d. Et tuā mat ipi⁹ aīam ptransibit gladi⁹. Quod etiā signū intuens Anselm in suo planctu ad vginem loquēs sic ait. Tu dolorē a natura mutuatu3 quem in ptu nō sensisti. tpe passionis milies reduplicatum cu3 vsura reddidisti. Unū dic Ansel. ibidē. Quis potest cogitare. q̄tus dolor tūc inerat pie matri qn̄ dolebāt que isensibilia erāt. Certe nec ligua loqui. nec mēs cogitare valebat. q̄nto dolore tūc afficiebant illa pie maria viscera. cū p acerbitate passionis christi terra contremuit. lapides scissi sūt. τ sol radiū sue claritatis occultauit. nō valens intueri vilitatē τ acerbitatē mortis christi. Et quia beata virgo oībus electis et creaturis erat christo ppinquior. ideo fortius cōformabatur christo patiēti et sanguinem suū fundenti. Propter qd bn̄ dictū est. ꝙ ipsa cōuersa fuit i sanguinē in filij passione. ¶ Restat tertio videre de signis apparētibus in stellis. videlicet aplis et viris aplicis. Tria aūt signa leguntur i stellis accidisse. legunt eni stelle lumen suū retraxisse. eas deiectas et cōculcatas fuisse. et in terrā cecidisse. Simili in aplis et viris aplicis tria fiunt signa. Ipsi eni pp̄ter splendorem doctrine retrahūt discreta verbi dei pdicatiōe deiciuntur et cōculcant tyrānica psecutiōe. et cadunt in terram corpali interitione. ¶ De primo dc Johel. ij. Stelle retraxerūt lumen suū. Quō impletur i aplis vel aplicis viris. qn̄ verbū doctrine retrahunt ex puersitate auditoꝝ. Sicut dicebāt apli Act. xiij. Uobis quidē primū oportuit ānūciari verbū dei sed qꝛ vos indignos fecistis vbo vite. ecce cōuertimur ad gentes. Tant⁹ eni est in aplicis viris zelus fidei ꝙ de vno loco cōtumeliose repulsi ibi quidē lumen doctrine retraherent. sed ad aliū locū cōuersi. non minus verbū salutis impterriti pdicarent. Et hoc non modicum in eis dicit signū. vtpote contra nature cursum. Nā sm cursu3 humane nature. vt dicit beatus Aug⁹ in li. lxxiij. q. nō est q̄ n̄ magis dolorem fugiat q̄3 affectet voluptatē. quonia3 videmus quidē īmanissimas bestias a maximis voluptatibus coerceri doloꝝ metu. Apli vero tormenta doloꝝ cōtemnētes. nullo metu a pdicatione porant coerceri. qn̄ retrahendo lumen in vna pte. qd ptinet ad prudentiā. alibi ipsum diffunderent. qd ptinet ad fortitudinis constantiam. De scdo Dan. viij. Egressū ē cornu vnū modicū et factū est grande et deiecit de fortitudine celi et de stellis τ cōculcauit eas. Per hoc cornu intelligunt seuicia tyrānoꝝ. qd modicū ē meritoꝝ exiguitate. sed fit grande psumptiōis crudelitate. Istud cornu aplis deiecit τ deiecit viros aplicos. τ p hoc veri cōphant christiani. Nā sicut dicit beatus Aug. in quodā sermone. Nullus seru⁹ christi sine tribulatiōe est. Si putas te non habere psecutiōes. nōdū cepisti esse christian⁹. Non hcaruit signo euidēti. ꝙ quātūcūq3 apli deiciebant. nihilomin⁹ semp fides peos crescebat. τ augebat credentiū multitudo Act. v. Unū Aug. in epla. ij. ad volus. Ex paucissimis τ abiectissimis viris multiplicant. nobilitantur τ sublimant copiosissima agmina. clarissima ingenia. cultissima eloquia doctoꝝ acutoꝝ τ facūdorum. De tertio Apoc. vj. Stelle ceciderūt sup terrā. Sz sic dictū est supra in postillando. stelle dicunt cadere. non sm rei existentiā. s3 certe sm apparentiā. Et certe aplici viri qn̄ p christo interimunt cadere quidē vident quo ad corp⁹. sed clariori luce pfruuntur quo ad aīam. Fulgebunt eni sicut stelle in ppetuas eternitates. Dan. xij. Hic aūt casus stellaꝝ videlicet mors sanctorum magnum signū nobis exhibet in celo militantis ecclesie. Quia cū sm naturam omnium terribiliu3 terribilissimū sit mors. vt dicit Seneca. Apli tamen gaudenter ad ipsa3 cucurrerūt. quia tali morte vitam sibi mercabant eternam Quod nobis pstare dignet.

Sermo alius de eadem dominica. IX

Virtutes celorum mouebuntur. vbi supra. Cum triplex sit aduentus dei saluatoris nostri. videlicet in carnem. in mentem et in iudicium. Primi duo sunt amoris. tertius est timoris. Tertium celebramus propter primum et primum propter medium. A Deaduentu eius in iudicium memo fuit istorpe in officio. vt timore nobis immisso. ad venerandam venturam festiuitatem natalis sui in carnem nos sollicitius preparemus. vt dictum est supra in principio expositionis euangelij hodierni. De aduentu vero in carnem id festa recolimus quatenus per ea verbum eternum mentaliter concipere mereamur. ita quod mentalis verbi eterni conceptio videtur esse quodammodo omnium operum diuinorum finis et consumatio. Hinc est quod dicit beatus Aug. in libro de virginitate. Quod beatior fuit virgo maria in concipiendo christum mente quam carne. Vnde ipsa mentalis conceptio est maxima et suprema gratia omnium donorum. que in hac vita secundum legem communem. ae deuote per gratiam conferuntur. Si enim queratur quare deus vniuersas creaturas produxerit. quare sacram scripturam menti rationali inspirauerit. immo etiam quare ipse pro nobis incarnari voluerit. apte respondetur. quod hoc ideo fecerit. vt in mente rationali ipse per gratiam conciperetur et in ea spiritualiter nasceretur. Et hoc ipse expetit Prouerb. xxiij d. Fili mi prebe mihi cor tuum. De hoc itaque iocundissimo aduentu mentali nunc speculando quattuor sunt consideranda. Primum est qualiter anima deuota ad conceptionem verbi eterni per gratiam disponatur. Secundum est quibus indicijs verbi eterni in mente presentia perpendatur. Tertium est qualiter verbi eterni conceptio in mente perficiatur. Quartum est quos fructus anima ex verbi eterni presentia consequatur. Et hec quattuor accipiuntur penes quattuor dominicas aduentus. Primum representat prima dominica. in cuius misse officio est introitus. Ad te leuaui animam meam. In hoc enim maxime dispositio ad verbi eterni conceptionem attenditur. quod anima cum omnibus viribus et potentijs ad deum leuetur. Et ad hunc sensum deseruit verbum propositum in euangelio eiusdem dominice contentum. Virtutes celorum mouebuntur. Secundum representat secunda dominica. qua officium misse incipit. Populus syon ecce dominus veniet etc. Quasi d. eccla. O fideles anime que estis populus syon. quia per expectationem verbi eterni in specula posite. ecce quasi demonstratiua certitudine. dominus veniet. vt ex certis indicijs potestis perpendere. Et per hoc sensu facit quod in euangelio eiusdem dominice dicitur. Renunciate iohanni que vidistis. Ceci vident etc. Tertium representat tertia dominica qua cantatur. Gaudete in domino semper. Nam in tam iocundo aduentu vbi etiam tam ineffabili gaudio anima perfunditur. vt nesciat nisi gaudere et in domino dulciter iocundari. Et ad hoc facit quod in euangelio tertie dominice dicitur. Medius autem vestrum stetit. Quartum representat quarta dominica qua cantatur. Rorate celi. Fructus enim verbi eterni ita dulcis est gutturi sponse Cant. ij. vt affectet se crebrius eius rore perfundi. et quasi pluuiali distillatione continue irrigari. Et ad hanc deductionem facit quod in euangelio quarte dominice dicitur. Omnis vallis implebitur etc. Et notandum. quod quia gustus diuine dulcedinis hic quodammodo percipitur. sed nequaquam in hac vita perficitur. ideo huius quarte dominice hebdomada nunquam integra inuenitur. B Quantum ergo ad primum processum assumptum est thema propositum. Virtutes celorum mouebuntur. Ad cuius intellectum est sciendum. quod secundum Isido. iij. ethimo. Celum dictum est a celando. eo videlicet quod deum et omnia que ibi sunt ita nobis celet et abscondat. vt nostram cognitionem subterfugiant. Quod considerans Esa. et admirans dixit. Uere tu es deus absconditus. Esa. xlv. Cui etiam consonat vulgare nomen. quod dicitur hymel. quia omnia que ibi sunt. nobis sunt hymelich. i. occulta. Et quia deus occulte operatur in anima secundum beatum Augustinum. ita vt apostolus dicat. j. Cor. ij. Nemo scit quid agatur in homine. nisi spiritus hominis qui est in ipso. Unde etiam idem apostolus dicit Colo. iij. Uita vestra abscondita est cum ipso christo iesu in deo. Ideo conuenienter deus in anima sicut in celo dicitur habitare. Et de talibus celis dicitur Esa. lxv. Ecce ego creo celos nouos. Igitur sicut celorum corporalium virtutes mouebuntur in aduentu in iudicium. vt visum est supra in expositione lralj. et mote fuerunt in aduentu eius in carnem. secundum Grego. in omel. Quia sol cognouit etc. Sic omnes virtutes et potentie anime congrua preparatione mouebuntur. cum verbum eternum concipietur in mente. Si ergo queritur. quomodo anima ad conceptionem verbi disponatur. Respondetur hic. virtutes celorum mo. In quibus quidem verbis tria implicantur secundum quod tres perfectiones reperiuntur in anima. immo in qualibet creatura. que sunt substantia virtus et operatio. Hec enim sunt partes vestigij. quia secundum philosophum. Operatio progreditur a virtute et virtus a substantia. Et penes hec tria recte disponitur anima ad conceptionem verbi eterni. vt in substantia attendatur anime perfectio generosa. in virtute virium exercitatio virtuosa. et in operatione diuini instinctus motio gratiosa. Substantie anime perfectio generosa innuitur in eo quod dicitur. celorum. Virium exercitatio virtuosa in eo quod dicitur virtutes. Sed operationis per diuinum instinctum motio gratiosa in eo quod subditur mouebuntur. Primum ergo dispositiuum anime ad conceptionem

verbi eterni est ipsius anime pfectio generosa.

¶ Circa quod sciendum q̃ anime generosi-tas pficit̃ ex tribus. videlicet ex terrenorū oimo-da abstractione. ex intellectualis luminis irra-diatione. & ex virtutū ornatu & decoratiõe. Que tria accipi possunt penes tria que videmus in substãtia celi. Nam in celis videm⁹ essentie pu-ritatem quãtū ad pmū. forme claritatẽ quãtū ad scdm. & ornatus speciositatē quãtū ad terti-um. Hi sunt celi in quibus christ⁹ habitat et in quib⁹ verbū eternū cõcipi dignat̃. Cur enim vt ait btūs Aug⁹. non agnoscam⁹ eos celos. q̃ fa-cti sunt sedes dei. dicente sapiẽtia increata. Esa. lxvi. Celum mihi sedes est. & aĩa iusti sedes est sa-pientie. Primo ergo aĩa pficit̃ & ad cõceptiõ-nem verbi eterni disponit̃ ex terrenoꝝ oĩmoda abstractiõe. vt videlicet sit a terrenis affectibus oĩmode depurata & abstracta ad similitudinē celi. qd cū non habeat materiã subiectã cõtrari-etati cū tãnera sit puatio. iõ non habet appetitū ad formã cõtrariam. nec est susceptiuū pegrine impssionis. Sic aĩa susceptura verbū eternum debet esse a scoria terrene affectiõis oĩmode de-purata et appetitus eius debet esse p formã celi-cam. celestis videlicet desiderii & diuini amoris sic satiatus. vt non sit in ea appetitus ad formā cõtrariam defectuū culpabiliū. qui ita sunt di-uino amori cõtrarii q̃ mutuo se expellũt. nec vl-lo modo simul esse possũt in aĩa. sicut lux et tene-bre in eodē hemispio. Vñ Sap. vii. dicit̃ de vbo eterno. Nihil inquinatū in eo incurrit. Candor est enĩ lucis eterne et speculū sine macula. Nec talis aĩa susceptiua est pegrine impssionis. ali-cui⁹ videlicet extranei amoris quo ei⁹ puritas aliqualiter inquinet̃. Quia vt dicit btūs Aug⁹ in libro de vtilitate credendi. Sordes animi sũt amor quarūlibet rerū pter animū et deum. a qb⁹ sordibus quanto q̃sq̃ est purgatior. tanto verbum facilius intuet̃. et tanto verbū eternū in eo facilius cõcipit̃. Sic depurata fuit illa aĩa celica que dicebat Ro. viii. Certus sum q̃ neq̃ mors neq̃ vita neq̃ creatũa aliqua poterit nos separe a caritate christi. Hanc etiã puritatē ex-perit btūs Aug⁹ cū dicebat. x. cõfess. O felix & se-cura diuini amoris puritas. v̄tus aĩe mee. intra in eam et coapta eam tibi vt possideas sine ma-cula aut ruga. ¶ Secũdo pficit̃ et dispo-nit̃ aĩa ex intellectualis luminis irradiatione. Vnde ps. cxxxv. Qui fecit celos ĩ intellectu. id ē. celos vel aĩas intellectuales. Vbi sciendum q̃ sicut celum ex sui natura habet q̃ est susceptiuū luminis. Sic aĩa rõnalis naturaliter est capax diuini luminis. Nõ tamē huiusmodi lumē na-turaliter acquirit. sic quidã delirantes dixerũt. q̃ videlicet aĩa q̃ naturaliter est capax dei. ideo p lumen naĩale intellectus agentis possit oēm suam pfectionem naturaliter adipisci. Et licz q̃-dem verum sit de cognitiõe naturali et rerū sen-sibilium. non tñ verū est de cognitione supna-turali que est de rebus diuinis. quia ad illa nõ põt homo attingere nisi superiori lumine adiuue-tur. Sicut enĩ oculus corpalis non põt cogno-scere sensibilia p lumen sibi cõnatū nisi exteriori lumine illustret̃ sic nec aĩa p lumen naturale in-tellectus sibi cõplantatū. põt pfecte cognoscere intelligibilia et diuina. nisi p lumē supnaturale diuinitus eleuet̃ & de lumine in lumē q̃dammõ trãsformet̃. Et hoc ē qd ait aplŝ. ii. Cor. iii. Nos reuelata facie gloriam dñi speculantes in eãdē imaginem transformamur tanq̃ a domini spũ a claritate in claritatem. id est. a claritate lumĩs naturalis in claritatem luminis supnaturalis. De qua trãsformatione luminis dicit Anshel. in psol. sic dicēs. Nõ tempto dñe penetrare alti-tudinem tuã. quia nullaten⁹ cõparo illi intelle-ctum meum. Quãta nãq̃ est lux illa. de q̃ omē verbum qd rõnali menti lucet. Quã ampla est illa veritas in qua est omne qd verū est. & extra q̃m non nisi nihil et falsum est. Hec Ansel. ¶ Tertio ex virtutū ornatu et decoratiõe. Nõ enim vbū eternum habitare dignat̃ in aĩa nu-da & vacua. sed requirit̃ q̃ sit virtutib⁹ insignita. In cu⁹ signū christ⁹ noluit sedere sup asina nuda sed vestibus strata et opta. Sic enĩ legit̃ q̃ disci-puli imposuerũt pullo asine vestimenta sua. et ita christus sedit sup eū. ad designãdū. q̃ aĩa verbum eternū receptura. debet ēē vestita v̄tu-tibus et ornata. Qui quidem ornatus a nobis est rõne pncipii elicitiui quãtum ad conatū. sed a deo in rõne meriti quãtū ad gratiã. Vnd ps. Spũs dñi ornauit celos. id est aĩas deuotas. Celi enim ornatus sunt sol et luna & cetere stelle Quibus vt dicit Basilius. celū velut gemmis & oculis venustat̃. Eodē modo est in aĩa vt dic̃ Bern̄. sup Cant̃. Est inq̃t celū sancta aĩa. habēs solem intellectum. lunam fidem. astra virtutes Vel certe vt dicit sol est feruens caritas. luna cõ-tinentia. Vel possum⁹ dicere q̃ sicut celū corpo-reū ē ornatū septē planetis quorū v̄tute et effica-cia. ista inferiora cursu naturali vt plurimū per-agunt̃ sic enĩ celū mētale septē excellētissimis p-fectiõib⁹ ad susceptionē vbi eterni disponit̃ et or-nat̃ q̃ sũt septē btitudines. q̃ v̄tutes purgati ani-mi nũcupant̃. Et fm septē planetarū effect⁹ acci-piunt̃. Prim⁹ planeta ē saturn⁹ q̃ ē frigid⁹. p quē accipit̃ mũdicia cordis. cui r̄ñdet p pmio

visio dei. Secūdꝰ ē iupiter q̄ ē mansuetꝰ. p quē intel
ligit̄ mititas. cui corrn̄det possessio t̄re. Tertius
mars qui disponit ad irā ꝛ ad bella p quez accī
pitur patiētia psecutiōis. cui corrn̄det regnū ce
lorum. Quartꝰ est sol q̄ est illuminatiuꝰ ꝛ gene
ratiuus. q2 eius accessus in obliquo circulo est
causa generationis p quez signat̄ esuries iusti/
cie. cui corrn̄det p̄miū saturitatis. Quintus ve
nus qui disponit ad amorez. amor aūt sepe cau
sat luctū p elongationē amati. cui corrn̄dz p̄mio
dei in qua est sūma anīe cōsolatio. Sextꝰ ē mer
curius qui disponit ad lucrū. p quē accipit̄ pau
pertas spūs. que oīa mūdana cōtemnit vt chri/
stum lucrifaciat. cui corrn̄det regnū celoꝝ. Se
ptimꝰ est luna que q̄tidie discurrit ꝛ mutat̄ ꝛ si/
gnificat cursuz p̄ntis miserie. in q̄ misereri debe
mus p̄ximis. vt ꝛ nos miseratione ꝯsequamur
p p̄mio. Quia etiā in hac vita sic currere debēꝰ
vt cōprehēdamus fm aplm. deꝰ aūt pcipue cō/
phenditur in corde pacifico. ps. In pace factus
est locus eius. Jō p hanc accipit taz inīa q̄z pax.
quibus rn̄det mie ꝯsecutio et filiatio dei. Pre/
ter istos planetas sūt stelle firmamēti que lucēt
de nocte. ꝛ signāt virtutes morales. quibꝰ ordi/
nant̄ actus hūani qui in nocte vite p̄ntis semp
lucere debent Matth. v. Sic luceat lux vestra
corā hoībus ꝛc. Igitur pfecti sunt celi ꝛ omnis
ornatus eoꝝ Gen. ij. Et in istis celis verbuz eter
num non solum suscipit̄ q̄si trāseunter. sz etiam
cōcipit̄ pmanenter. ps. In eternū verbū tuū do/
mine pmanet in celo.

Subsermo primus
X

Virtutes celorum mouebunt̄. A Scd̄m dispo
sitiuū anime est virtuz exercitatio
virtuosa. qd̄ notat̄ in eo q̄ dr̄ vitutes. vt videlicet
vires anīe nō sint torpide ꝛ velut emortue. sz ex
igit̄ q̄ sint viuaces ꝛ bn̄ exercitate. Vn̄ i hymno
de isto tpe cātat eccl̄ia. Pellant̄ eminꝰ somnia.
ab ethere christꝰ pmicat. mēs iā resurgat torpi
da. Qr vt dic̄ leo papa Nō dormiētibꝰ nec ocio
vel desidia torpētibꝰ aduenit vbū eiuz. sz eis q̄
exercitatas habēt vires. iuxta illō Heb. v. Per/
fectoꝝ ē solidus cibꝰ. eoꝝ q̄ p ipa ꝯsuetudīe exer
citatos hn̄t sensꝰ. i. d ē. vires. ad discretionē boni
ꝛ mali. sz ē ad opatōz boni ꝛ detestatōz mali. Ta
lis eni ē solidꝰ iste cibꝰ vbū scīnū. q̄ ē cibꝰ gran
diū. s. angeloꝝ ꝛ boīm pfectoꝝ. In cuiꝰ signū na
tꝰ i bethleē qd̄ iterptat̄ domꝰ panis. pastoribus
vigilātibꝰ. nō dormiētibꝰ christꝰ euāgelizatꝰ fu

it i argumētū. q̄ nō nisi vigilātibꝰ ꝛ viuaces vi/
res ꝛ exercitatas hn̄tibꝰ aduenit vbū incarnatū.
Vn̄ dicit Bern. Nō pt cape igniū eloquiū fri
gidū pectꝰ videlicet p torporē. Qd̄ bn̄ notat̄ in
eo q̄ dr̄ vitutes. Potentie n̄ anīe sim plr accepte
i ordine ad actꝰ q̄s p̄nt elicere. dicunt̄ vires. sed
vt iā pfecte sūt. p actꝰ ꝛ habitꝰ dicuntur vitutes.
Vn̄ dicit ph̄s j. de celo ꝛ mūdo q̄ vtꝰ ē vltimuz
potentie. ꝛ. vij phicoꝝ dicit. q̄ virtꝰ est dispositō
pfecti ad optimū. Quia ergo vbū eternū nō re/
cipitur i aīa segne et torpida. sz in ea cuiꝰ vires
sūt dūtaxat in optima sui dispositiōe videlicz p
actus et habitus bene exercitate. i d ō cōuenienter
dicitur h virtutes. Sz hmōi virtutes nō habet
aīa ex se sed ex deo. q2 nos nō sumꝰ sufficiētes ali
quid cogitare ex nobis tanq̄z ex nobis sz suffici
entia nostra ex deo est. ij Coꝝ iij. Nā sicut deus
creat essentiā aīe. a qua fluūt potentie siue vires
eius. sic creat in aīa gratiā a qua fluūt virtutes.
i d est hmōi viriū pfectiue dispositiones. Vnde
ps. cuz dixisset. verbo dn̄i celi firmati sunt. intel/
ligendo de celis spūalibus puta de aīabꝰ. sub
dit. et spū oris eius oīs virtus eoꝝ. Signanter
dicit celū. i d est. aīam factā verbo. q2 oīa p ipsuz
facta sunt. sz vtutes dicunt̄ facte spū oris eius. q̄
spūs realiter idē est qd̄ ipsum verbū. sz cōnotat
amorē et quādā benignitatē. quā nomen spūs
iportat. ad designandā apositionē gratie. q̄ ad
rōnē virtutis exigit̄. Dicit aūt oīs vtus. ad desi/
gnandū q̄ nulla vtꝰ ē in aīa q̄ nō sit creata. Qd̄
ē ꝯtra quosdā delirātes q̄ dixerūt. q̄ in aīa nr̄a ē
q̄dā vtꝰ q̄ nō ē creata nec creabilis Et si tota aīa
eēt talis. ipa eēt icreata ꝛ increabil̄. Qui error eli
dit̄ i eo q̄ h dicit oīs vtꝰ. B Possūt autez
omnes vtutes anime cōprehendi fm quādam
similitudinem penes virtutes celoꝝ. i d est an/
gelos. large accipiendo virtutes p omnibꝰ an/
gelis vt dictū est supra. Quoꝝ sunt nouez ordi/
nes. vt p angelos accipiantur sensus exteriores
qui sunt quasi nuncij anime. Per archāgelos
sensus interiores qui sūt quasi maiores nuncij
quibus mediantibus sensus exteriores referūt
apprehensa. Per virtutes quoꝝ est facere mi/
rabilia. virtus motiua vitalis qua mouetur cor
et arterie miro modo p cōtinuatione vite Per
potestates quorū est demones coercere vis ira
scibilis. que habet nociua repellere. Per pncipa/
patus quorum est deo indesinenter assistere et
diuina mysteria explenda per subditos āgelos
ordinare. vis concupiscibilis que habet conue
nientia facere propinq̄re. Per dominationes:
quoꝝ est homies subditos per gubernationez
platoꝝ ab oppssiōe tyrānica liberos pseruare. vis

rõnalis.cui⁹ ē sensualitatē recte regere ⁊ ordiare Per thronos q̄ sūt sedes dī memoria Per cherubin intelligentia. Per seraphin voluntas recte accipi pōt. Quia igit̃ he omēs virtutes aīe sunt create a deo. ideo oēs debent p̄exercitari et p̄parari ad occursū ꝫ vbi eterni. ꝓpter duo. Primo vt exercitio ꝓprioꝝ actuū suum creatorem recognoscant et ideo eū laudent. quomodo oēs creature deū laudare iubentur in p̄s. Laudate dominū de celis. Scđo quia ad p̄sentiā verbi oēs virtutes ꝑficiunt tanq̄ꝫ a depto nobilissimo obiecto. sicut pulcre ostēdit Hugo in libro d̄ triplici meditatiōe. Ostēdā tibi inq̄t Moyses omē bonum. Omne bonū ipsū verbuꝫ eternum est. Querunt gaudium suū oculi. venit bonū hoc ⁊ dicit lumen sum. Auditū fuit quondaꝫ canticū nouū vbi suauitas ⁊ nouitas iocunditatem suggerēt. suauitas ad delectatiōnē. Nouitas ad āmiratiōnē. Infusū est auribus gaudiū suum. Et dicit hoc bonū. Querite me. hic sū ego. Clamant fauces et dicit. Sapor sum. Nares et odor sum. Tactus. ⁊ r̄ndet. suauitas sum. Ego totum bonū. et qui habet totū habet. Et hāc optimā dispositiōnē virium se adeptū persenserat btūs Aug̃. cū dixit. x. confes. Cum amo inq̄t deum meū. amo quādam lucē. ⁊ q̄ndam vocem. q̄ndam odorem. q̄ndam cibum. ⁊ q̄ndā amplexum interioris hoīs mei. vbi fulget aīe mee quod non capit locus. ⁊ vbi sonat qđ non rapit tps. ⁊ vbi olet quod non spargit flatus. ⁊ vbi sapit quod nō minuit edacitas. ⁊ vbi heret qđ nō diuellit satietas. hoc est qđ amo. cū deum meuꝫ amo. ¶ Ad tantā ergo ꝑfectiōis sue dispositiōnē merito p̄exercitari debent omnes virtutes aīe. exteriores ⁊ interiores. Exteriores q̄dem videlicet visus a vanis ⁊ noxijs se auertēdo bona ⁊ vtilia hauriēdo Prouerb. iiij. Oculi tui recta videant. Sicut ille qui dicebat Pepigi fedus cū oculis meis. vt nec cogitarē de virgine Job. xxxi. Aures verbū dei libenter audiendo. Per hoc eni maxime disponit aīa ad verbū eternuꝫ. q: viuus est sermo dei et efficax ꝛc. Heb. iiij. Lingua orando. psallendo. docēdo. ⁊ de deo loquēdo. sicut illa sancta lingua de q̄ dicit p̄s. Lingua mea tota die meditabitur iusticiā tuā. Man⁹ bene op̄ando. paupibus elemosynas porrigendo. infirmis ministrando ꝛc. vt possit dicere cuꝫ p̄s. Tota die expandi ad te man⁹ meas. Pedes limina ecclesiaruꝫ frequētando ꝛc. p̄s. Pedes meus steterūt in directo et in ecclesijs bn̄dicaꝫ te dn̄e. Interiores etiā sensus debēt p̄habilitari. quorū omniū actus possumus dicere cogitationes et meditatationes. vt simus exercitati in mūdis ⁊ bonis cogitationibus. In quo optime p̄paramur ad verbum. Ipsi eni p̄parant cogitatiōes. primo Reg. ij. Et in sanctis meditationibus. p̄s. Et in meditatiōe mea exardescet ignis. Iteꝫ vis appetitiua exercitanda est p sancti desiderij estuationem. Bern̄. sup Can. sermone. xxxi. Hoc signum aduentus eius. sicut ab eo qui exptus est edocemur. Ignis aūt ipsū p̄cedet. Oportꝫ nāq̄ꝫ vt sancti desiderij ardor p̄ueniat faciē ei⁹ ad oēꝫ aīaꝫ ad quā ipse est venturus. Sic ⁊ virt⁹ motiua est exercitanda. tam p cordis q̄ꝫ omniuꝫ membroꝝ et spirituū vitaliū in dei seruitio fatigatiōꝫ. Quod repn̄tantur ui dei. qui inter orandum toto corpe exercitant sicut oīa ad lrām accipientes. Sꝫ nos spūaliter accipiēdo dicā⁹ cū ꝓpha Cor meū ⁊ caro mea exultauerunt in deum viuum. Et iteruꝫ Oīa ossa mea dicēt. dn̄e quis similis tibi. Item vis irascibilis in arduorum p christo aggressione. sic apl's Ro. viij. Certus suꝫ q: neq̄ꝫ mors neq̄ꝫ vita ꝛc. Item concupiscibilis in delectabiliū mōi despectiōe Sic apl's Phil. iij. Oīa arbitratus sum vt stercora vt christum lucrifacerem. Et iterū. Michi mundus crucifixus est et ego mundo. Galla. vj. Item rōnalis in passionum discreta restrictiōe. Ro. xij. Obsecro vos vt exhibeatis corpa vestra hostiam viuentem. sanctā. deo placentē. rōnabile obsequiū vestrū. Similiter exerceri debēt vires intellectiue in q̄bus est imago trinitatis. Memoria per iugeꝫ dei memoriā. p̄s Memor fui dei et delectatus sum ⁊ exercitatus sum. Intelligētia p diuinorū studiosam et cōtemplatiuam inquisitiōnē. Sicut beatus Aug̃. dicit se fecisse. in fine libri de trinitate in oratione vbi sic dicit. Domie quātum potui. quātū me posse fecisti. quesiui te et desideraui intellectu videre quod credidi. ⁊ multū disputaui ⁊ laboraui. Dn̄e deus meus. vnica spes mea. exaudi me. ne fatigatus nolim te querere. sed querā faciē tuam semp ardenter. Volūtas p firmā amoris adhesioneꝫ. p̄s. Michi adherere deo bonum est. Et quare. quia q̄ adheret deo vnus spūs est cum illo. De his tribus simul dicit beatus Aug⁹. vbi supra. Domine meminerim tui. intelligam te. diligam te. auge i me ista donec me reformes in integrum.

¶ Subsermo secundus
XI

Virtutes celorum mouebūt. ¶ Terciū dispositiuū aīe ē diuini istinct⁹ motio grōsa. Ex

vtutib⁹ eni bene exercitatis pgrediunt̃ opatio-
nes q̃ sũt quasi quedã spũales motiones dei in
aĩa. Et hoc notatur ĩ eo qd̃ subdit̃. mouebunt̃
Imaginari eñ debemus q̃ in hoc celo spũali et
mobili deus est sicut motor p̃mus. a quo vtus
motiua deriuat̃ ĩ aĩam sicut a quodã fonte pat
no a quo fluit gratia in aĩam. p quã de⁹ mouet
liberũ arbitriũ ad se amandũ ꝛ vtuose opandũ
Hec aũt motio dei in aĩa triplex est ẜm triplicẽ
statũ. Incipiẽtes mouet ad culpe cõpũctionez
ꝛ pctõꝝ dolorosã rememorationẽ. Proficiẽtes
mouet ad pfectus spũalis cõnuã pgressionez
Sed cõtemplatiuos mouet ad diuine dulcedi-
nis internã degustationẽ. Et hec triplex motio
dei in aĩa accipi põt ẜm triplicẽ motũ quem po
nunt astronimi eẽ in celis corpalib⁹. videlȝ mo-
tũ planetarũ. motũ augis. ꝛ motũ p̃mi mobilis

Mot⁹ planetarũ cõuenit incipiẽtib⁹ Nam
iste motus est ab occidente ĩ oriens ꝛ est quasi
erraticus puta p ecentricos et epiciclos ẜm mo
dernos astrologos. Sic incipientes transeunt
ab occidente defectus culpabilis. ad oriẽs gr̃ie
et gr̃e. De quo trãsitu dictũ est supra in postillã
do. sup verbo. Celũ et terra trãsibunt. Et q̃a isti
sunt adhuc infirmi ex p̃stina cõsuetudine. ĩõ q̃si
erratici ꝛ fluctuantes. faciliter possunt plabi in
errores siue doctrine siue vite. Unde eos monet
apl̃s Heb. xiii. Doctrinis varijs et pegrinis no
lite abduci. Optimũ est eñ grã stabilire cor ꝛc.
Hũc aũt motũ oportet penitentes facere in cir-
culo ecẽtrico .i. ĩ q̃dã exercitiõ extra cõmune me
diũ pũctuale vite hũane. q2 eo debẽt etiã a licitis
abstinere quo se meminerit illicita cõmisisse. vt
dicit Greg. Oportet etiã eos habere epiciclos.
id est circulos in q̃b⁹ astrũ planete facit stationẽ
ꝛ retrogradationẽ. Licet eñ regularit̃ in nullo
statu debeat esse statio vel retrogradatio. quia
in via dei stare retrocedere ẽ ẜ Cassia. Nec q̃sq̃
mittẽs manũ ad aratrũ ꝛ aspiciẽs retro aptus
est regno celoꝝ. Lu. ix. In exercitio tñ p̃nie plerũ
q3 cõuenit stare eadẽ pctã sepius deflendo. ꝛ re-
trocedere pctã p̃terita pluries ante oclos reuo
cãdo. hoc eñ valde vtile ẽ. Inflammat eñ vehe
ment̃ affectu in deũ. Unñ ps. cũ dixisset. dolor me
us renouatus ẽ. videlȝ p pctõꝝ p̃teritoꝝ recor-
datione. subdit. Concaluit cor meũ intra me. et
in meditatiõe mea exardescet ignis. Hãc recor-
dationẽ facit btũs Aug⁹. ij. cõfes. vbi dicit. Re-
cordari volo trãsactas feditates meas ꝛ carna-
les corruptiões aĩe mee. non q2 eas amem. ẜ vt
amem te de⁹ me⁹ amore amoris tui. hec faciõ re-
colẽs vias meas neq̃ssimas ĩ amaritudie recor-
dationis mee. vt tu dulcescas mihi. Sed ẽ aduer-
tendũ q̃ licet planete ẜm apparẽtiã nostrã aliq̃n
videant̃ stare et aliq̃n retrogradi. veraciũ tamẽ
mouent̃ antrorsuȝ. vt dicit Isi. iij. Ethi. Sic peni-
tentes nõ dubiũ q̃n p stationẽ ꝛ retrogradatio-
nem p̃dictas. multũ pficiãt. vt patere põt ex au-
toritate beati Aug. iam inducta. ꝛ ps ibidẽ alle
gato. B Alius est mot⁹ celi qui dr̃ mot⁹
augis. q̃ cõuenit pficiẽtib⁹ ab augendo dict⁹. eo
q̃ sit in cõtinuo et longo augmento. sic et pficien
tes. Est aũt mot⁹ augis q̃ mouent̃ stelle fixe ẜm
Ptolo. ab occidẽte in oriens. in circulo ecentri-
co sup polos zodiaci. q̃libȝ centũ ãnis gradu
vno. ꝛ tota reuolutio illa cõplet̃ in. xxxvi. milib⁹
annoꝝ. ita q̃ iste est mot⁹ stellaꝝ fixaꝝ ab occidẽ
te in oriẽs valde lentus. Sic pficiẽtes q̃ debent
esse stelle fixe et in vocatiõe. q̃a vocat⁹ est q̃libȝ
eoꝝ pmanere ẜm aplm vt sint stelle manẽtes in
ordine suo. Qd̃ pficiẽtibus maxime op⁹ ẽ. ppt̃
maximas ꝛ validas tẽptatiões. q̃bus ipsi plus
ceteris ipugnant̃. dicẽte btõ Augu. sup ps. xxix.
Tormenta animi nõ sentit in ecclia q̃ nõ pficit.
putat eñ q2 pax est. ẜ incipiat pficere. ꝛ tũc vidȝ
in q̃ p̃ssura est. q2 cũ creuisset herba ꝛ fructũ fecis
set. tũc apparuerũt zizania. Matth. xiij. Est autẽ
iste motus ab occidente in oriẽtẽ. q2 sp ab ĩpfe-
ctioꝛ ad pfectius. iuxta illud ps. Ascẽsiones in
corde suo dis. i val. la. in lo. quã po. Etenĩȝ hñdi-
ctiones dabit legislator. ibũt de virtute in virtu
tem. Sȝ et mot⁹ iste lentus esse debet ꝛ nõ nimi
um velox. Quia nemo repẽte fit sũm⁹. paulatĩ
aũt longius itur. Qd̃ ẽ contra illos deliãtes. qui
obmisso medio exercitij debiti. sũme pfectiõis
culmen cõscendere volũt. Et ĩõ q̃ȝ plimũȝ tales
pereunt et ruũt. Quia substãtia festinata cito pe-
rit. Exẽpluȝ ẽ de herbis repẽte crescẽtib⁹. que ci
to pereunt ꝛ euanescũt. vt dicit btũs Aug. iij. con
fess. Cũ n. q̃to oriũt̃ et tẽdũt eẽ quo magis crescũt
celeriter vt sint eo magis festinãt vt non sint sic
contingit de istis in pposito. Talis fuit ille cui di-
ctum ẽ. Quõ cecidisti lucifer q̃ mane oriebaris
Esa. xiiij. Et bene dicit mane. quia nimis celerit̃ ꝛ
inordinate absq3 ordine debito gloriã appetijt.
et ideo cecidit. sic isti. Etiã hoc dico de lege com-
muni. Secus autem si quis speciali priuilegio.
per diuinam gratiam subito ad perfectionem
subleuaretur. vt fuit in sancto apostolo. Et est
hic signanter aduertendum q̃ iste mot⁹ augis
excedit omnem periodum mortalium. In quo
docemur q̃ nullus in hac vita peruenit ad to-
talem perfectionem. quin semper sibi restet vl-
tra accipere. Unñ Orige. sup illo v̄bo Cant. viij

Que est ista que ascēdit de deserto delicijs afflu
ens. Hic inquit illoꝝ improbat sniā qui esse stan
dum in virtutū eminentijs putauerūt et non sp
ad pfectus maiores quotidianis innouatōib⁹ p
cedendū. Etenim si hec felicissima spōsa in virtu
tibus stare et nō pcedere voluisset. nunq̄ȝ istas
ōquib⁹ hic agit delicias pcepisset q̄ pfectissimis
cōceduntur tantū. Hec orige. Exemplū ē i alauda
que solū in ascēsu suo delicias habet sui cantus
¶ Tertius est mot⁹ pmi mobilis q̄ cōue
nit cōtēplantis ꝛ pfectis. Nā sicut mot⁹ pmus
ꝛ motus raptus rapiēs scȝ secū oēs speras infe
riores. Sic mot⁹ cōtēplanōis ita vigorosus est
in aīa sm beatū Aug̃. p modū trinitate. q rapit
oēm aīaȝ desiderio sui tanto ardentiorē. quāto
mundiorē. Et tanto mundiorē quāto ad spūa
lia resurgentem. Tanto autem ad spiritualia
resurgentem. quāto a carnalib⁹ moriētē. Et est
iste mot⁹ pmus. Qr sm beatū Aug̃. vbi supra.
Ipsa est spes cui cōtemplādesu̇spiratōnis qui
affectat deū diligere ex toto corde ꝛc. Est autem
mot⁹ pmi mobilis tanti vigoris ꝛ celeritatis vt
dicit Isido. iij. Eth. q nisi aduersus papuez eius
cursū astra currerent q̄ eū remorarent. mūdi ru
inā faceret. sic motus ɔtēplatōis tanti vigoris
est. q hoīeȝ ab hac vita mori faceret. nisi p neces
sitates corpis interdū remoraret. Exēplū ī alau
da. q̄ ex delectatōe sui cāt⁹ discerpet. nisi descēdē
do ad terrā repausaret. Hāc siqdē discerptiōeȝ
affectāt sancte aīe dicētes cū pphā. Utinā disru
peres celos et descēderes Esa. lxiiij. Sic apls dic
Cupio dissolui et eē cū christo ad Phil. j. Sȝ in
ter hec sciendū q iste mot⁹ ɔtēplatōis hic possi
bilis aīaȝ non satiat. Quia oīs motus fit ppter
quietē In ɔtēplatōe aūt quā hic de deo habe
re possum⁹. non ē qes. cū in cognoscēdo sit mo
tus rerū ad aīas p spēs scȝ extraneas. Et ideo de
siderare debet aīa vt fiat qddā celuȝ imobile q̄
le est empyrreū. qd est sup omēs celos mobiles
vbi est loc⁹ beatoꝝ. Et dicit illud celū igneum a
splendore et non ardore. q: oēs beati ibi deū cla
re intuent. et nō ardent amore Tale aūt celū effi
citur aīa. qñ a mobilitate rerū tpaliū ꝛ omniuȝ
creaturarū et ab extraneitate speȝ fuerit totalit
abstracta. ꝛ in solius dei nuda ɔtemplatione et
amore suspensa. Qd fit vel sm actū et transeun
ter vt in raptu. vel sȝ habituȝ ꝛ pmanenē vt post
mortem. qñ deus erit oīa in oibus. Uñ Orige.
sup illo Cant. ij. Adiuro vos filie irlm. ne suscite
tis ꝛc. dicit sic. Coniuratonē tuam audiui domie
qui ē. nisi fallor. sponse tue stat⁹ causabat et act⁹
status optimus. actus pcellentissim⁹. ubi ne cū
beris sine medio. te vidēs sine nubilo. in te quie
scens sine tedio. d te hylarescens sine modo. a te
pmanentiam accipiens sine termino. quē actū
ꝛ statū nobis pstare dignet Jesus christus.

Expositio euangelij secunde domini
ce in aduentu domini XII

CUm audisset io
hannes i vinculis opera
christi. mittens duos de
discipulis suis ait illi. Tu
es qui venturus es an aliū expectam⁹
¶ Cuȝ de aliqua psona singularis peminētie fa
ma insonuerit. puta de eius sapiētia. sanctitate
vl eloquentia. cōsueuit queri de suis cōdicōib⁹
Cui⁹ nois. cui⁹ patrie. cui⁹ status ꝛ ordinis ex
stat. vt de ipso certior noticia habeat. Sic iohs
baptista audiēs famā christi interrogat p nun
cios de suis cōdicōibus dicēs. Tu es qui ven
turus es ꝛc. Et hec ē materia pñtis euāgelij. In
q̄ tria tangunt. Primū est iohis solicita interro
gatio. Scdm ē saluatoris exqsita rñsio. ibi Et rñ
dens iesus. Tertiū est pcursoris inclita cōmen
datio. Ibi Illis aūt abeuntibus. In prima pte
tria facit. Primo ponit interrogatōis occasio.
cū dicit. Cu m audisset ꝛc. ¶ Ad cuius eui
dentiam ē sciendū q christus ante incarceratō
nem sancti iohānis. nō pdicauerat palam. nec
multa miracula fecerat. nisi de cōuersiōe aque
in vinum Joh ij. Johāne autē incarcerato chri
stus predicatiōi et miraculis publice insistebat
Et sicut dicit magister in historijs euāgelice hi
storie. c. xxiiij Johs christū baptizauerat die epy
phanie. Et eodē die āno reuoluto dñs cōuertit
aquā in vinum. Et extūc pasca sequēti iohānes
incarceratus est Et in alio pasca sequēti reuolu
to scȝ anno. decollatus est iohs. post cui⁹ decol
lationem christus vixit anno vno. Et sic in tertio
pasca passus est dñs. Et ita a baptismo christi
vsq̄ȝ ad eius passionem fuerunt tres anni ꝛ tan
tū plus quātū est ab epyphania vsq̄ȝ ad pasca.
In illo ergo tpe qñ iohānes fuit incarcerat⁹. ve
nit ihs de iudea in gallileā vbi iohs detinebat. ꝛ
cepit palā pdicare ꝛ ɔgregare discipulos et mi
racula opari. vt habet Mat. iiij. et Mar. j. Uñ
ex h ei⁹ fama intātū diffundebat vt eā etiā icar
ceratus iohs audiret. Et hoc ē q d. Cū audisset
iohs ī vinclis opa christi. Scdo poit discipulo
rū missio. Mittēs duos ꝛc. Qr ei p semetipsuȝ
accedere nō potuit. misit duos de disciplis suis
quoꝝ vnus fuit andreas. De hoc dr expssi⁹ Lu.
vij. sic Et nunciauerunt iohanni discipuli eius
dicētes de omnib⁹ his scȝ miraculis. Et cōuoca
uit duos de discipulis suis iohs. ꝛ misit ad ihm

sacerdotiū a romanis. sicut dic̄ Beda. Nec amplius ad vitā durabat summū sacerdotiū. z cessauit p lineā sacerdotij successio. Cepit nāq3 sūmū sacerdotiū a gētilib⁹ cōparari. Nec instituebant p vnctionē sȝ p terrenā potestatē. Et sic plures summi sacerdotes ex tunc instituebantur qui etiam et sepe mutabantur. Et hoc est q̄ dicitur [Sub principibus sacerdotum anna z caypha]. Isti duo erāt affinitate cōiuncti. Nā anna erat socer caypbe z vicissim pōtificatū āministrabāt. Vñ tpe quo baptizatus est dñs āministrabat anna z tpe q̄ passus ē ammistrabat caypbas. Inter q̄s sm Josephū in illis trib⁹ ānis plures alij medij fuerūt q̄ bic tacent. Et tāgit euāgelista illos solū. sub q̄b⁹ p̄dicatio incepit iohis. z passus est christ⁹. Et erat ille anna ad quē pmū christ⁹ captus ductus est. Caypbas aūt q̄ pphetauit cū esset pōtifex anni illi⁹. Joh. xj. ¶ F Circa istā ptez euāgelij q̄runt plura. Primo q̄rit q̄re ita describunt tpa p̄dicatiōis iohis. Ad qd dicēdū. q p̄dicatio iohis fuit noue legis initiū. Vñ ab hoc euāgelio cōpetit incipit historia euāgelica vt dic̄ magister in historijs. Et q: q̄libet natio habz descripta tpa sue originis vt dictū est supra in pncipio hui⁹ euāgelij. iō cōueniēs erat christianos habere tpa sue originis descripta. tāq3 initiū rei valde magne. Vel aliter sm alios. q: tūc incepit sexta etas. iō debuit pncipiū ei⁹ cognosci. Vel q: mos fuit pphetaz pphetie describere tpa. Et hic fuit pl⁹ q̄3 ppheta. iō sue p̄dicatiōis tpa describunt. ¶ Itē q̄rit secūdo q̄re ista tpa describūt p pncipē gentiliū scȝ cesarē. cū iste nō fuerit mos pphetaz q̄ solū p reges iudeoz tpa describebāt. Vñ Esa. j. Visio Esaie in diebus ozie ioathan z achaz z ezechie regū iuda. Ad qd dicēdū sm origenē. q: pphetie solū fiebāt gētī iudeoz. sȝ euāgelium p̄dicādū erat p totū mundū. iō describuntur tpa p pncipē illū q̄ tot⁹ mūdi dñs videbat.

¶ G Itē querit tertio q̄re p vtriūq3 pncipatū tā gentiū q̄3 iudeoz fit ista descriptio. Ad qd dicendū q: alij pphete solū mittebant ad iudeos. nō ad gētes. Johes aūt erat vtilis p̄co. nō solū iudeis sȝ etiā gentib⁹. Et ideo de iohe fuit dictū illud Esa. xlix. Parū est vt sis mihi seru⁹ ad suscitandas trib⁹ iacob z fēces israel cōuertēdas. Et subdit: Dedi te in lucē gentiū vt sis sal⁹ mea vsq3 ad extremū terre. Et q: nō solū gētes erāt saluāde. sȝ z iudei credituri erāt. ideo etiā pncipat⁹ eoz simul cū romano impio describunt sm origenē. Vñ etiā dicit Greg. in omel. Quia iohes illū p̄dicare veniebat q̄ ex iudea quosdā. z multos ex gētib⁹ redempturus erat p reges gentium et pncipes iudeoz p̄dicatiōis eius tpa designātur. ¶ H Itē querit quarto q̄re cū in toto orbe vnus p̄esset scȝ cesar iudeis tñ q̄ttuor pncipes dñabant. Ad h dicendū sm Greg. q h io. q: totus mūdus ad vnitatē fidei colligēd⁹ erat. ideo in romana republica vn⁹ tantū p̄fuisse describitur. Judei vō p culpa pfidie dispergendi erant. Vel dicendū q hoc erat pp̄ter multitudinē peccatoz iudeoz. Multitudo enim pncipū arguit maliciā boiuȝ. Vñ pp̄ter pctā boiūm aliqn⁹ regionis videm⁹ q q̄t sunt ciuitates. tot sunt tyrāni z pncipes. Vñ bñ dictū est Prouerb. xxviij. Propt pctā terre multi pncipes ei⁹. Vel dicendū q ideo describunt hic tpa q̄b⁹ plures pncipabant iudeis. vt ondat opportunitas tpis aduentus christi. Prophetatū eni erat i illa p̄clara genesi. penul. Nō auferet sceptrū de iuda zc. Et q: oē regnū in se diuisum desolabit Math. xij. ipsa regni iudeoz diuisio efficax argumentū fuit christū esse in forib⁹ quē iohes p̄dicabat. Ad h etiā facit q non solū regnū imo z sacerdotiū describit fuisse diuisum. in signū q tūc cessare deberet vtraq3 vnctio iudeoz. tā regal' q̄3 sacerdotal'. Ex q̄ arguit christū venisse. Juxta illud Dañ. ix. Cū venerit sanctus sanctoz cessabit vnctio vrā. Ergo tūc erat opportunū tps p̄dicādi euāgelium. Et h est qd dic̄ Greg. Liquet q ad finē iudea venerat. q̄ tot regib⁹ diuisa subiacebat. ¶ I Itē q̄rit q̄nto q̄re pncipat⁹ gētiū pponit pncipatui iudeoz. Et dicēdū q iō gētiles erāt pponēdi. q: tūc adimpletū ē illud cōminatoriū iudeis. Cōstituet te dñs i cauda z tū in capite. Deut. xxviij. Vl' iō. q: pncipat⁹ impij romani nobilior erat pncipatu iudeoz. ¶ K Itē q̄rit sexto q̄re ista tpa describūt p reges z sacerdotes sil'. Dicēdū q hoc iō vt ondat in christo sacerdotiū sil' z regnū esse cōiunctū. q̄ z rex fuit z sacerdos sm glo. ¶ L Itē q̄rit septimo q̄re descriptio sacerdotij ponit i vltimo. Ad qd dicēdū q iō. vt ondat q finitū erat legale sacerdotiū. Vl' q: simoniace sacerdotiū vsurpabāt. Et sacerdotes q̄nto potes sūt aliȝ. tāto ampli⁹ cōtēnunt nisi excedūt. Vñ Dañ. ix. Deficiet hostia z sacrificiū i tēplo z erit abominatō desolatiōis. ¶ M Deinde scdo describit p̄dicatio iohis q̄ ad officij autoritatē cū dic̄ [factū est vbū dñi]. Vbi cōmēdat autoritas officij p̄dicatiōis in iohe ex q̄ttuor. Primo ex spūlis familiari electiōe. cū dr [factū est verbū dñi]. i. superna mētis inspiratio que dicit verbū. quia in ipsis i mente loquitur. Psal. Audiā quid loquat i me dñs deus zc. Et fuit illud verbū sm glosam. Vade et p̄dica baptismū Chryso. Verbū dei h mandatum dr. q:a se nō venit sȝ deo ipso monente. Secūdo ex singulari grē dotatiōe cū additur. [sup

iohānē] q̄ interp̄tat̄ in q̄ ē grā. Quia ipse vt dic Greg. nyasen⁹ glo tantū diuinaꝝ grāꝝ eleuat⁹ est apicē. vt pl⁹ q̄ꝫ pphis sibi grā infunderet. Qꝛ mundū spernēs ꝛ expers cuiuslibꝫ natural passionis desideriū suū a principio vsqꝫ ad finē diuinis aspectib⁹ obtulit. Tales digni sūt celesti inspiratiōe. Quia sapiā in aīas sanctas se trāsfert. vt dr̄ Sap. vij. Vn̄ hec ppositio sup signat autoritatē. Qḋ enī desup est sola dei grā est. vt dicit glo. hic. Vide Esa. lxj. Sp̄us dn̄i sup me. ad ānunciandū māsuetis misit me. Tertio ex sua or⁹ supnaturali bn̄dictiōe. cū subdit [Zacharie filium] Vn̄ poterat sibi dici illḋ Thob. vij. Bn̄dictio sit tibi fili mi. qꝛ boni ꝛ optimi viri es filius. Quarto ex vite sp̄uali ꝯuersatiōe. cū subiungit. [in deserto] in loco vtiqꝫ aspo ꝛ duro amor⁹ a ꝯuersatiōe hūana inuisibiliū ꝯtēplatiōi vacās vt dicit Greg⁹ nyasen⁹. Et hic est loc⁹ ꝯueniēs diuini inspiratiōi. Osee. ij. Adducā eā in solitudinē ꝛ ibi loquar ad cor ei⁹. Fuit aūt iohes vt dicit Theophil⁹ p totū tps pueritie occult⁹ i deserto. vsqꝫ ad die ostēsionis sue. vt nulla suspitio inasceret hoīb⁹. vt grā affinitatis ad christū vel ꝯuersatiōis a teneris ānis talia de ipso testaretur Vn̄ ipse testificās dicebat. Et ego nesciebā illū. Vn̄ sm Ambro. Desertū est ipsa ecclia. qꝛ plres filij deserte .i. eccle p p̄mitiuo tpe. q̄ꝫ ei⁹ q̄ habet virꝫ scꝫ synagoga. factū est ergo v̄bū dn̄i. vt que erat an̄ deserta fructū generaret.

Expositio reliq̄ue partis euangelij XLVIII

Et uenit in omnez regionē iordanis. predicans baptismū penitētie in remissionē peccatoꝝ. sicut scriptū ē i libro sermonum esaie pphete Vox clamātis in deserto. parate viā domini. rectas facite semitas ei⁹ Ois vallis iplebitur. et ois mōs et collis hūiliabitur. Et erūt praua in directa. et aspera in vias planas Et videbit ois caro salutare dei. A

Viso de p̄dicatiōe iohis q̄ntū ad tpis oportunitatē ꝛ officij autoritatē. Restat nūc tertio vꝫ eo videre q̄liter cōmēdat̄ q̄ ad executiōis sedulitatē cū dr̄ [Et venit] Vbi cōmēdat̄ executio p̄dicatiōis iniūcte q̄ ad duo. Primo q̄ ad ministeriū hūilis obediētie. Scḋo q̄ntū ad signū sacramētalis medicine. Ibi [p̄dicās baptismū] Primū respicit p̄dicatiōis sue loca. scḋm p̄dicatiōis materiā. Dic ergo [Et venit] obedieni officiū sibi iniūctū exequēdo. Prī⁹ dictū est. [Facta est v̄bū dn̄i] Ex post seqt̄ [Et venit] Qꝛ sm Amb. prius opat̄ v̄bū me⁹ declarādo iohi q̄ debeat ab ipso pferri. postea pfert iohes. Verbū ergo interi⁹ opans. seqt̄ son⁹ vocis exterius sonās. Et tūc ipletū ē illḋ Malach. iij. Ecce ego mitto angelū meū an̄ faciē meā. [In oēm regionē iordanis] Signant̄ dic [in oēm] Nā obedientia nihil excipit. sꝫ ad oīa est pmpta. Qḋ est ꝯ p̄dicatores. q̄ in vno solo loco p̄dicare volūt. Nō sic dominus noster q̄ ait. Quia ꝛ alijs ciuitatib⁹ oportet me euāgelizare. Baptizabat iohes circa iordanē ad lrām. qꝛ ibi erat aq̄ꝝ copia. vt volētibus baptizari non deessꝫ aq̄. Sp̄ualit̄ aūt sm Orig. Jordanis idē est qḋ descendēs. ꝛ baptizādis necessaria est hūilitas. B Deinde cū dic [p̄dicās] describit̄ q̄ntū ad signū sacramētalis medicine. qḋ est baptism⁹ pnie i remissionem peccatoꝝ Et h sunt materia p̄dicatiōis iohis. De effectu huius baptismi dictū est supra i euāgelio p̄cedētis dominice. Sꝫ ꝛ h tm̄ est notādū q̄ baptism⁹ Johānis dr̄ baptism⁹ pnie dispositiue. n̄ collatiue Jnd dicebat eū iohes q̄s baptizauit. ad pniam. nō enī baptism⁹ ille peccā remittebat ex v̄tute sua. nisi pnie fruct⁹ adesset. In q̄ distiguit̄ a baptismo christi ꝛ ecclie in q̄ v̄tute sacramenti fit remissio peccatoꝝ. Qꝛ etiā baptism⁹ iohis dispōebat hoīes ad suscipiēdū christū. io nō baptizabant̄ eo nisi iudei. q̄b⁹ p̄ncipalit̄ pmissus fuit christ⁹. Mulieres etiā n̄ baptizabant̄. qꝛ ipse erāt instruēde a viris. nec infantes baptizabāt̄. qꝛ mysteria nō itelligebāt. qꝛ cognitio erat necessaria. Baptism⁹ vo christi dat̄ oi sexui. oi gēti. oi etati i remissiōeꝫ peccatoꝝ. Qꝫ aūt h dr̄ [i remissionē peccatoꝝ] nō ē referendū ad baptismū iohis. sꝫ ad pniaꝫ q̄ baptismo ānectebat̄. Sola enim ipsa pnia remittebat

Et notādū sm Greg. nazāzenū qꝛ ē q̄ntuplex baptismatū differētia. Est eī qḋdā figuratiuū q̄ baptizauit moyses. sꝫ n̄ in aq̄ solū sꝫ i nube et in mari. vt dicit aplś j. Cor. x. Aliud ē pparatiuū q̄ baptizauit iohes. vt h. Tertiū ē pfectiuū. vt baptisma christi. qḋ fuit i sp̄ū. Quartū ē superogatiuū. qḋ scꝫ fit p martyriū i sanguie. ꝛ h ē ceteris venerabili⁹. p q̄nto iteratiōe ꝯtagijs n̄ fedat̄ Quintū est culpaꝝ actualiū absterliuū. qḋ fit q̄tidie in lachrymis. qḋ ē ceteris laborosi⁹ De q̄ ps. Lauabo p singlās noctes lec. me. lac. me. stra. m. ri.

C Deinde cū dic [Sic scriptū ē] h q̄rto describit p̄dicatiōnē iohis q̄ ad pphetie ꝯformitatem adducēs testimoniū Esaie. Et dicit liber esaie liber sermonum. forte propter claritatem eloquentie. et facilitatem intelligentie. Quia pulcre clare ꝛ plane pcedit. Vel qꝛ procedit sicut procedit̄ in smonibus. mō cōsolatiōe. mō cōminatione. Et ponūt hec v̄ba Esa. xl. vbi sic dicitur

Vox clamantis in deserto parate viam dñi rectas facite in solitudine semitas dei nostri. Ois valli exaltabit᷑ et omnis mons et collis humiliabitur. Et erunt praua in directa. et aspa in vias planas Et reuelabit᷑ gloria dñi. et videbit ois caro pariter q os dñi locutū est Et describit᷑ i hoc vaticinio pdicatio iohānis quo ad q̄nq3 Primo quo ad forme q̄litatē q2 [vox] Fuit autē ista vox clara suauis et terribilis vt supra. Secūdo q̄ ad effectuū pncipij auctoritatē. nō enī fuit vox p pria sed alteri9 puta verbi clamātis. q2 nō predicauit ppria auctoritate sed fuit quasi instrumentū diuini oris. Sicut vox dr̄ esse vehiculū vbi scdm beatū Aug. Tertio quo ad loci cōgruitatē. q2 [in deserto] Quarto q̄ ad materie idoneitatē. hec enī fuit materia sue predicationis. [parate viā dñi] Tunc enī via dño ad corda humanū preparatur. cū p rectas mox semitas ambulatur Vel hoc q dicit [parate viā dñi] refertur ad obseruantiā mādatoꝝ. Vn̄ ps. Viā mādatorū tuoꝝ cucurri Et q̄d addit [rectas facite semitas dei nostri] ad obseruantiā cōsilioꝝ. Prouerb. iij. Ducā te p semitas equitatis B Et notandum q hec vba cōgruenter assumi possunt i thema ad predicādū de pparatione fideliū ad aduentū christi in carnē. vel etiā in mentē. q2 ad hoc iohēs ea assumpserat in thema sue pdicationis. vt scz homīes se disponerēt ad christū recipiendum. Cū enī hoc tpe expectemus verbū eternum vt ad nos veniat cōuenienti ammonent fideles vt parent ei viā in eoꝝ corda Sunt autē fideles q̄ ad pn̄s in duplici genere. Quidā sūt seculares et peccatis obnoxij. Alij sunt religiosi et pfecti. Primi excitātur ad pparationē ad ũctus christi p hoc q dicit [parate viā dñi] i. p penitētiā quia vt dicit glo. sup Mar. via inqt dei penitentia est. p quā deus ad nos descēdit. et nos ad illū ascēdimus. Et licet ista via sit arta. ducit tamen ad celestē patriā Baruch. iij. Si in via dei ambulasses. habitasses vtiq3 in pace sup terrā. Terram inq̄3 viuentiū. de qua in ps. Portio mea sit in terra viuentiū. Parare ergo viā dñi. nihil aliud est. q̄3 pare nos ad pniam i. Reg. vij. Preparate corda vestra dño et seruite illi soli. Vn̄ ide pdicans dicit Luce. iij. Facite fructus dignos penitentie. Scd̄i vero scz religiosi et pfecti excitātur p hoc q dicit [rectas facite semitas ei9] Semita vt dicit Isi. est breuis iter. vel semita quasi semis iter. Vnde p semitas intelligere possumus consilia euāgelica p que cito et cōpendiose deuenitur ad patriā. Et he semite melius rectificantur in solitudine. i. est in mundanoꝝ elongatione. sicut ille in ps. Ecce elongaui fugiens et mansi i solitudine. Ideo addidit Esa. in solitudine Has autē semitas quidā obliquāt qui spēm sanctitatis ptendentes vel habitū religionis gestātes i obseruantijs religionis non recte ambulāt Sz nos debemus rectas facere semitas dei nostri. scz nosipsos rectificādo in illis. Et hoc in solitudine omnimode abstractionis temporaliū. ne per calles deuios mundane ablationis oberremus. Et ideo orādum est cū ps. Perfice gressꝰ meos in semitis tuis. et non moueātur vestigia mea. Prepara ergo vt dicit Orig. in corde tuo viā domino p cōuersationē bonā. et egregijs et perfectis opibus dirige semitā. vt in te verbum dei absq3 offendiculo perambulet. C Aliter etiā possunt hec verba dirigi ad pdicatores verbi dei. q̄bus dicit᷑. Parate viā domini. Vnd Greg9. Omnis qui fidē rectā et bona opera pdicat. quid aliud q̄3 venienti dño ad corda audientium viā prepat. vt rectas deo semitas faciat dū mundas in animo cogitatiōes p sermonē bone pdicationis format Notādum etiā super illo verbo [rectas facite semitas eius] Q3 dibemus rectas facere intentiōes Job. i. Erat vir ille simplex et rectus. Itē cogitatiōes. Vnde ps. Innocentes et recti adheserunt mihi. Item affectiones Cant. i. Recti diligunt te. Psal. Quā bonus israel deus his qui recto sunt corde Itē locutiones. Prouerb. viij. Iusti sunt omnes sermones mei et recti sunt intelligentib9. Itē actiones Prouerb. xx. Ex studijs suis intelligit᷑ puer si munda et recta sunt opa eius. Et Job. viij. Si mūdus et rectus incesseris statim euigilabit ad te Item passiones Job. iiij. Recordare obsecro te quis vnq̄3 innocens perijt aut q̄n recti deleti sunt. Itē retributiōes Prouerb. xj. Iusticia rectorum liberabit eos. Qui ergo p istas rectitudines incedūt intelligūt᷑ aīalia. d̄ q̄bus Ezech. i. Pedes eoꝝ pedes recti F Quīto in h̄ vaticinio pphetico describit᷑ pdicatio iohīs q̄ ad sui efficaciā et vtilitatē cū subdit [Ois vallis implebit᷑] Expn̄t h̄ vba q̄ sequūt᷑ exponi q̄ dupliciter Vno mō ad lrām d̄ aduētu christi Scdo q̄ oia h̄ ad lrā3 iplebūt᷑ Vn̄ vt Hiero. refert i annalib9 hebreoꝝ p vno signo ppinq̄tis iudicij posuit montiū humiliatio et valliū adeq̄tio. Ad q̄d refert pt illud Baruch v. Cōstituit de9 humiliare oēm mōtē excelsū et rupes perennes. et cōualles replere i eq̄litatē tre. vt ābulet israel diligēt᷑ i honore dei. Et tūc mōtib9 et vallib9 coeq̄tis. erūt praua et distorta viaꝝ directa et plana Tūc etiā ois caro. i. est. omīs homo qui christū3 in hac vita corporaliter videre non potuit. videbit eum in die iudicij in sede maiestatis. electi scz pariter et

reprobi. vt remunerentur iusti, et mali in eternum gemant. vt dicit glo. Et hoc est quod dicitur Apoc. i. Videbit eum omnis oculus, et qui eum pupugerunt. Omnis inquam oculus etiam corporalis. Job xix. In carne mea videbo deum saluatorem meum. Quod autem iohannes hec verba ad secundum aduentum retulerit, patet per illud quod statim subdit lucas. Dicebat ergo ad turbas. Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira. Luce iij. ¶ Aliter possunt exponi hec verba allegorice de aduentu secundo christi. vt nomine vallis intelligatur gentilitas. et infirma mundi potestas. Nomine autem montis intelligantur iudei qui velut montes eleuati erant superbia originis. ritu se paranomis. et intelligentia scripture. Sed nomine colles intelligantur philosophi seculares. qui scientia inuestigatione rerum tument super alios se erigentes. In aduentu ergo christi in carne quem predicabat Johes facta est mutatio dextere excelsi. Quia tunc omnis vallis, id est plus gentium et abiecta mundi qui iugo fidei se submiserunt. impleti sunt cognitione deitatis in intellectu. et plenitudine gratie in affectu. Psal. Valles abundabunt frumento. Nam homines piscatores et despecti tantam acceperunt deitatis cognitionem et gratie illuminationem. quod numquam iudei aut philosophi ad ipsam attingere valuerunt. Unde i. Cor. ij. inquit apostolus. Loquimur inquam dei sapientiam in mysterio que abscondita est. quam nemo principum huius seculi cognouit. Montes autem et colles humiliati sunt. quia iudei et mundi sapientes confusi sunt. Valde ipse confusi sunt iudei in christo. qui illum crucifixerunt et abiecerunt a se quem sperexpectabant. Non enim cognouerunt eum. Unde Esa. vi. Excecatum est cor populi huius vt videntes non videant. Confusi etiam sunt mundi sapientes dum virgo generat quem ipsi negant. dum verbum caro factum est. dum mortui resurgunt. et cetera fiunt que videntur eis impossibilia. Unde i. Cor. i. Stultam fecit deus sapientiam huius seculi. Facta sunt etiam praua in directa. id est. corda iudeorum que depravata erant auaricia et concupiscencia. et corda gentilium per errorem idolatrie depravata prependebant enim creature diuinitatis honorem. que per aduentum christi et per predicationem iohannis mutata sunt in corda directa. Nam iudei audierunt consilium Esa. xlvi. Redite preuaricatores ad cor. Et gentiles relictis idolis christo adheserunt. Et bene per eorum mundum cessat idolatrie cultus. iuxta illud Esa. xix. Mouebuntur simulacra egypti a facie domini. Unde glosa. Praua id est malorum corda. per fidem doctrinam erunt in directa. id est ad regulam iusticie dirigantur. Aspera enim. i. precepta legis veteris que habebant asperitatem timoris et comminationis. mutata sunt in planiciem amoris et charitatis. Math. xi. Jugum enim meum suaue est et onus meum leue. Vel secundum glosam. aspera. id est. immites et iracundas mentes. per infusionem gratie ad mansuetudinem redibunt. vt ibi predicator planam viam inueniat. vbi prius pre asperitate gressum ponere non valebat. Insuper etiam omnis caro. id est. omnis homo oculo etiam corporali vidit christum in natura assumpta. Et distribuit hic li omnis pro generibus singulorum non pro singulis generum. Non enim omnes homines viderunt christum in carne. sed de omni genere hominum aliqui eum viderunt. Quia in christo nulla est distinctio inter iudeum et grecum. propter quod non solum iudei et proseliti sed et gentiles et greci. viri et mulieres. senes et iuuenes. imo tota humana natura viderunt salutare dei. id est christum incarnatum. Sed vbi lucas dicit salutare dei ibi Esaias dicit. Quia os domini locutum est. Ipse enim ipse est os vel verbum patris secundum diuinitatem. est salutare secundum humanitatem. ¶ Possent nihilominus tertio hec verba. quasi antipophorice induci. annuendo ea moraliter ad internam predicationem. Parate viam domini secundum Cirillum. Diceret enim aliquis. Tu predicas quod debemus parare viam domini et rectas facere semitas eius. Qualiter possumus hoc facere cum plura sint impedimenta. Sunt enim quedam vie et semite omnino inhabiles ad eundum propter montium et vallium immeabilitatem. Rursum quedam vie et semite et si sint meabiles. valde sunt tamen ad eundum difficiles propter eorum inequalitatem. Et ad hoc respondet propheta et euangelista. Omnis vallis implebitur &c. Et hec secundum ea que in his verbis spiritualiter innuunt esse necessaria preparatoria ad aduentum christi mentalem. que sunt quattuor. ¶ Primum est diuine gratie repletio. Quod innuitur eo quod dicitur. Omnis vallis implebitur. i. omnis capacitas mentis gratia perficiatur. Psal. Valles abundabunt frumento. clamabunt etenim hymnum dicent.

Secundum est perfecta animi humiliatio. Quod innuit cum addit. Omnis mons et collis humiliabitur. i. omnis tumorositas propter presumptionis deponetur. et hoc necessarium est menti ad susceptionem dei. Esa. lxvi. Super quem requiescet spiritus meus nisi super humilem et mansuetum.

Tertium est defectuum culpabilium expiatio. quod notat cum subdit. Erunt praua in directa. i. peccata erunt deleta. Unde tali mente dicitur Apoc. xxi. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum. Talis erat ille qui dicit in psal. Pedes mei steterunt in directo. Quartum est aduersitatum pro christo voluntaria perpessio. quod notat cum dicit. Et aspera in vias planas. i. ea que alias essent aspera ad sustinendum. pro christi amore. fiunt plana et leuia ad sustinendum. Unde ipse dicit Mat. xi. Jugum enim meum suaue est et onus meum leue. Sic vtique viis paratis et semitis directis in mente venit in ipsam verbum eius. Et hoc est quod subinfert. Et videbit. i. mentibus sic preparatis omnis caro. i. omnis anima quamuis carne induta salutare dei.

id est. verbũ eternũ ipsi aie cũ salute sue ad salutem illapsum. Et sic exponẽdo iste finalis versiculus cũ dr [Et videbit] se tenet consecutive ad vba pcedẽtia. Quãdo enĩ via dñi i mẽte sic fuerit parata vt dictũ ẽ. q2 scz valles sũt implete spualr ꝛc. Tũc consecutive vbũ cõcipitur in mẽte. Alij vi Chryso. exponũt istud causative. vt videlicz omnium pdictoꝝ effectuũ q scz valles implebunt ꝛc. cã sit [q2 videbit ois caro salutare dei] Unde exponũt li ꝛ p q2. Quarto vo hoia vba [Omnis vallis ꝛc] vsq3 ad finẽ tropologice possũt exponi. vt in eis innuant effect⁹ salutares. q̃s vbuz eternũ causat in mẽte in q̃ cõceptũ fuerit. Et in h sensu pcedit sermo seq̃ns

Sermo de eadem dominica XLIX

Omnis vallis implebitur ꝛc [vsq3 [salutare dei]. Expeditũ est trib⁹ ex q̃tuor. q̃ supra in smone pme dñice. que incipit vrtutes celoꝝ. cõsiderãda ppõnebant. Nũc restat videre de quarto. videlicet quos fruct⁹ seu effectus mẽs verbigena consequatur. Uerbũ q̃ppe eternũ nõ suscipit in vacuũ. sz vbicũq3 cõcipit ibi fructificat ꝛ crescit. vt dicitur Col. j. Pro hac fructificatiõe pcat ecclesia cãtãs in introitu misse hodierne. Rorate celi desup ꝛc. Et scribit Esa. xlv. Ubi explicant tria fructificationis pncipia. videlicet celũ. nubes. ꝛ terra. per q̃ intelligunt tres nature in christo. ex q̃b⁹ omne bonũ spũale pfluit in aiam vbigenã. Per celuz intelligit diuinitas altissima Job. xj. Excelsior celo est. Per nubẽ aia cãdidissima Apoc. xiiij. Uidi ꝛ ecce nubẽ cãdidã. ꝛ sup nubẽ sedentẽ similẽ filio hois. Per terrã caro mũdissima Apoc. xv. Terra illuminata est a glia ei⁹. Celũ git. i. deitas irrorat in mentẽ celestis dulcedinis plibationẽ. Et hoc triplici. sm tria appropriata diuinaꝝ psonaꝝ. Nã pater infundit rorem sue potẽtie. influendo mẽti oim desideorioꝝ suoꝝ adipletionẽ. Filius infundit rorẽ sue sapie. instillãdo ei diuinorum secretoꝝ cognitionẽ. Spũssctũs infũdit rorem amoris ꝛ grẽ. trãsformãdo eã vsq3 ad oĩmodã suipsi⁹ exinanitionẽ. Nubes vo. i. aia christi pluit i mentẽ pluuiã volũtarie tolerãtie. inspirãdo oim aduersoꝝ p christo equnimẽ ppessionem. Sz terra. i. caro christi germiat i nob germẽ sancte pudicicie. rectificãdo prauã fomitis icuruationẽ. Et h q̃nq3 licet nõ eo ordine i vbis assũpti thematis innuit. Primo nãq3 innuit desideriorũ oim iugis adimpletio i eo q dr [Ois vallis implebit] Per vallẽ capacitas virtũ aie intelligit. Tũc ergo ois vallis iplebit. qñ tota capacitas aie sm oẽs vires ei⁹ i suis desiderijs saciatur. Unde ps. Desideriũ pauperꝫ exaudiuit dñs. Ubi dic glo. desideriũ dicit ardorẽ. q̃ oib⁹ virib⁹ aime aliq̃d ardenẽ petit. q̃d maxĩe est pauperꝫ ꝛ humiliũ q̃ nõ habẽt inflatẽ spũm sm beatũ Aug. Ut q̃nto ardẽtiorib⁹ desiderijs estuãt. tãto eoꝝ capacitas ampli⁹ se dilatat. Et nõ cõpant vallib⁹ ad q̃s aque defluũt. Juxta illd ps. Qui emittis valles i cõuallib⁹. i. estus desiderioꝫ refrigeras in humilibus ℬ Qualit aũt iplenda beat desideria istaꝝ mentiũ sm possibilitatẽ cuiuslibet rei desiderabilis. est sciendũ. Q3 desiderium est appetit⁹ alicui⁹ rei delectabilis. Desiderabilia aũt sunt i triplici genere. Est enĩ q̃dam desideriũ rei possibilis sm naturã ꝛ nõ sm grã. Hec aũt res ẽ delectatio q̃ consequit mortalia peccata. ad quã consequendã hñ ordinat natura. sed nullã cõpossibilitatẽ h3 cũ grã. De tali desiderio dr Ecc. ij. Omnia q̃ desiderauerũt oculi mei nõ negaui eis. nec phibui cor meũ q̃n omi voluptate frueret ꝛ oblectaret se in his q̃ parauerã. Talia desideria nõ implentũ i viris sanctis. imo nec insurgũt in eis stãte videlicz grã. sicut lux ꝛ tenebra se nõ cõpatiunt in eodẽ hemisperio. Un dic quedã glo sup illud ps. Custodi me vt pupillaz oculi. Sicut modic⁹ puluis vel fum⁹ ledit aciẽ oculi ꝛ si non excecet omnino. Ita modicuz peccatũ veniale turbat quidez aciẽ sancti desiderij. sed peccata mortalia oĩno obtenebrãt sanctorũ desideriõꝛ obtut⁹. ℭ Est secũdo desideriũ rei possibilis sm grãm. nõ aũt sm naturã. Hec res est delectatio q̃ consequit ad opa vtuosa. ad quã cõsequendã directe ordinat grã. nõ aũt natura nisi subiectiue. Et hec sunt desideria sctõꝛ viroꝛ Prouerb. x. Desideriũ iustoꝝ omne bonũ. Et huius desideriũ semp implet. Juxta illud Prouerb. x. Desideriũ suũ iustis dabit. Quia enim ipsi licet in valle lachrymaꝝ psentis vie existẽtes ascẽsiones tamẽ in corde suo cõtinue disponũt Euntes de virtute in virtutẽ. Sm illud ps. Beatus vir cui⁹ est auxiliũ abs te. ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarũ ꝛc. Ideo ipsi semp spiritualib⁹ delectationib⁹ potiunt. Et hoc est q subdit. Etenĩ benedictionẽ dabit legislator. eorũ scz desideria iugiter adimplẽdo. Et sic ibũt d vtute i vtutẽ. Et sm cremẽtũ vtutũ augẽt desideriũ. ꝛ econuerso. donec videbit de⁹ deorum in syon. Unde sicut in hac via põt hõ in infinitum pficere. sic debz i infinitũ desiderare ꝛ sic desideriũ suũ implet q̃ ad pfectũ graduale. Et si nõ quo ad pfectionẽ totalẽ. quia hoc repugnat statui vie. Unde Ambro. sup Luc. Nescit virtus mensurã gratie nec cõtenta referre q̃d acceperit.

vult cumulare qd sumpserit ne inferior. sit bñficio licet eque officio. De tali aïa videlicet virtutibus et sanctis desiderijs referta dicit Nume. xxiiij. Quã pulcra tentoria tua israel. vt vallis nemorosa. Per israel intelligit aïa verbigena. cuius tentoria id est. vires p statu vie. in quibus vbi zelum habitat. sunt pulcra vt vallis nemorosa. Sicut enim vallis nemorosa est fecunda magnis arboribus et venusta oculis. Sic talis anima est fecunda virtutibus et donis spiritussancti. ac p hoc est venusta omniu oculis. nõ solum humanis sed et angelicis et diuinis B Est tertio desideriu rei impossibilis sm naturã et sm grãz. Hec res est plena cognitio dei in via. Quia nec natura potest hoc p se. nec etiã potest eleuata p grãm. sed solu3 p gloriã. Hoc desiderio estuabat aplus Philipen. i. cum dixit Cupio dissolui et eẽ cu3 christo Sciebat quidẽ q eo manẽte in corpe desideriu3 suu impleri non poterat. ideo cupiebat dissolui vt sic posset esse cu3 christo. qd summope desiderabat. Et siquidẽ illud desideriu3 nõ implet hic ex toto ex pte tamẽ implet. Sicut dicit Bern. sup Cant. smõe. xxxi. Si q est ita desiderij vir vt cupiat dissolui et cu christo eẽ. Cupiat autem vehementer. ardẽter siciat. assidue meditet. is pfecto suscipiet deu. siquidẽ desideriu cordis eius tribuitur ei Et si adhuc pegrinãti i corpe. ex pte tamẽ idq ad tps et tps modicu. Implebit aut h desideriu sanctoz in patria ex toto. Vñ psal. Satiabor cu apparuerit glia t. Tũc eñ veraciter omnis valle desiderioz sanctoz implebit in omnibus eoy virib9. Sicut dic Aug. Omne inqt aïe receptaculu largitas diuina replebit. potestate et dignitate irascibilẽ. delicijs concupiscibilẽ. sapia rõnalẽ. vt sit in ea potestas sine contradictiõe. dignitas sine cõpatiõe. delicie sine intermissiõe. sapia sine limitatiõe. Imperabit et nullus contradicet. honorabit et nullus inuidebit. delicabit sine tedio sciet sine voluntatis desiderio. Et tũc veraciter adimplebit illud ps. Valles abundabũt frumẽto. et hym. di. Ibi eni valles. i. oẽs aïe vtrẽ vires sm oẽ sue capacitatis receptaculu abundabũt frumẽto id est. fruge desiderioz et exuberantiu3 voluptatu E Secũdo innuit ppriae psũptionis depositio. imo totius sumpsimus oĩmoda eu namno in eo qd dr. Et ois mons et collis humiliabitur Mons sm Hug. est tumor terre. Collis vo est supius iugu montis. Vnde p montes et colles intelligit tumor terrene psumptiõis et turgidus fastus ppriae reputatiõis. Sz tu montes et colles tũc humiliant. quãdo ad cõceptu3 verbi eterni. qcquid in mente est ppriae reputatiõis omnino tollit et cõsumit. iuxta illud Michee. i. Egredietur dñs de loco sancto suo et descendet et cõsumentur montes subtus eu. Antea quidẽ q3 verbu eternu veniat in aïam. oportet eã p humilitatem ppararj. vt habitu est supra. Sed p9 eius aduentu oportet eã omnimode cõsumi et quasi annihilari. vt sc3 homo p nihilo reputet se et omnem creaturã p dulcedine dei. Qd solu cõpetit pfectis sc3 mentibus vbi genitis quibus dicit Mar. xi Si habueritis fidẽ. i. formatã sicut pfecti. dicetis huic monti. Tollere et mittere in mare. Montem tollere est ppriã reputatione et oẽm sui cõfidentiã et quicqd sui est a mẽte deponere. Montem vo in mare mittere est qcqd cõfidẽtie et cõsolationis de se et oib9 reb9 creatis habere poterat in amaritudinẽ cõuertere. Gustato eni spu desipit omis caro. vt dic Greg. Sic in se cõsumpta et exinanita fuit illa felix aïa marie magdalene. in cui9 psona loquẽs Orig. in omel. sup illo Johis Maria stabat. sic dic Onerosi sunt mihi omẽs cõsolatores. grauãt me et non cõsolant me Ego qro creatorẽ meu et qui9 est mihi ad videndu omnis creatura Et infra. Nõ angelos qro sz meu et angeloz dñm. Ipsum solu qro. ipse me sol9 pt cõsolari. Et hec sui cõsumptio et exinanitio q ẽ qdã montium subuersio. figurata est. iij. Reg. xix. Vbi legit q stãte helia in mõte. Ecce spus grandis et fortis subuertens montes

Sub sermo primus L. A

Erunt praua in directa. Hic tertio innuit effectus verbi in mẽte q est deprauate nature rectificatio. Vbi sciẽdu q dr Eccẽs. vij. In principio fecit deus hoiem rectu. Sz ipse se obliquit. Propter qd seqt Et ipse se infinitis immiscuit qstionib9. Fecerat eñ q3 eu rectu. i. rectitudine originali iustitie q induebat tria bona Que sũt h videlic3 mẽtis serenitas. viriu debita pportionalitas. et imaginis deiformitas. Sz q p peccatu3 natã huana fuit obliquata tũc deprauata ẽ q ad tria praua quicurrit. q sũt mẽtis cõturbatio. viriu inordinatio. et imaginis deformatio. Et h tria praua inuenit gen̄. iij. Vbi postq3 primi parentes peccauerũt de ligno vetito comedẽdo. dr q apti sũt oculi eoz. Nõ q3 vẽ qsi pius fuerit ceca. vt dic beat9 Aug. Sz eo mõ q in die resurrectiõis apti sũt oculi discipuloz. cũ cognouerũt dñm i fractiõe panis. Sic oculi primoz parentu apti sũt. q3 seipsos peccãtes cognouerũt. et sibi ipsis cõturbati sũt. remurmurãte in me cõscie Vñ cõpletu ẽ ibi illd ps. vt in tro duc huius Aug. Dñe in volũtate tua pstitisti decori meo virtutẽ. Auertisti facie tuã a me et factus su cõturbatus. Dñs eni fecerat hoiem decoru id ẽ immunẽ

a peccato ꝛ huic decori ꝑstiterat virtute ꝓpria ꝓstitit si vellet. ꝛ hoc fecit deus in voluntate sue mere liberalitatis. Sed auertente se hoīe a deo ꝓpter peccatum auersa est ꝛ facies dei ab hoīe. Et ex hoc factus est homo ꝯturbatus remordente ipsum vīme conscīētie. Unde alibi. Auertente te faciem turbabuntur. quantum ad primum. Deinde dicitur quod cognouerunt se nudos. quia secundum beatum Aug. habuerunt illicitos motus et rebellionem carnis ꝯtra rōnem. de qua dicit apostolus Roma. vij. Uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee. Unde videntes sua inuicem pudenda. erubuerunt ꝛ ꝯcurrerunt festinanter ad ficum vt dicit beatus Aug. ꝛ ꝯsuerunt sibi perizomata de folijs. In quo ostendebatur quod fuit in eis pruritus carnalis motus. Quia vt dicit magister in historijs. Si folia ficus terantur. succus eorum causat pruriginem. ꝛ hoc quo ad secundum. Deinde subijcitur quod absconderunt se a facie dñi. Quamdiu enim erant ꝯuersi ad dñm. imago dei in ipsis omni pulcritudine relucebat. Sed cum se a facie dei auerterunt imago fuit in ipsis deformata. Iuxta illud Hiere. Tren. iiij. Denigrata est super carbones facies eorum. quantum ad tertium. B

Sed verbo eterno ꝯcepto in mente. hec tria praua rectificantur. Tunc enim ꝯscientia serenatur. sensualitatem spiritus dñatur. ꝛ imago reformatur. Primum patet. Sicut enim adueniente luce fugantur tenebre. Sic adueniente verbo in mente serenatur ꝯscientia. Et attenditur hec serenitas cōscientie. nō tamen in hoc immunitate peccati. vt supra in sermone Missus est. Quia illa fuit preambulum ꝯceptionis. Sed attenditur in quodam delicioso gaudio quod ꝯsequitur immunitatem peccati. et vt sic est effectus ꝯceptionis verbi. Unde Sap. viij. dicitur de verbo eterno. Nō habet amaritudinem ꝯuersatio eius. nec tedium ꝯuictus eius. sed leticiam ꝛ gaudium. Tale gaudium nō datur impijs. sed tantummodo mentibus rectificatis per ꝯceptionem verbi. De quibus est illud psal. Lux orta est iusto ꝛ rectis corde leticia. C

Secundum patet. Quanto enim deo spiritus ꝯiungitur. tanto sensualitas spiritui subijcitur. Crescente virtute quippe mentis. decrescit fortitudo corporis. vt dicit glosa super illud Gen. xxxij. Angelus tetigit neruum femoris iacob ꝛ emarcuit. Quam etiam historiam moralizando iacob qui ꝛ israel. i. videns deum dicitur figurat mentem verbigenam. Per neruum femoris intelligitur sensualitas corporis. que ex femore pentium ꝯtrahit fomitem peccandi. Per angelum vero intelligitur immissio quedam vt verbi conceptio facta in vires inferiores. Unde est illud ps. Immittit angelus dñi in circuitu timentium eum. ꝛ eripiet eos. Tunc ergo ad tactum angeli neruus femoris iacob emarcescit. quando ad ꝯceptionem verbi eterni in tantum vigor mentis inualescit. quod pressa sensualitas omnimode elanguescat secundum quod dicit Greg. Gustato spiritu desipit omnis caro. De talibus mentibus dicitur in psal. Innocentes ꝛ recti adheserunt mihi. Innocentes ꝛ recti dicuntur hi qui vires suas habent rectificatas quia sensualitas spiritui subiecta est. Hi adherere dicuntur deo. quia per intimo ex cōceptione verbi efficiuntur vnus spiritus cum eo. Iuxta illud j. Cor. vj. Qui adheret deo vnus spiritus est cum eo. D Tertium patet. Cum enim verbum eternum sit imago bonitatis dei. vt dicitur Sap. vij. ꝓprium est ei mentem ad eandem imaginem factam cum in ea cōceptum fuerit reformare. Sicut figura expressa in cera ꝛ deformata. cōgruentius nō reformatur quam per impressionem nouam eiusdem sigilli ex quo prius fuerit expressa. Sic imago in mente nō aptius reformatur. quam per ꝯceptionem nouam eiusdem verbi in quo ab eterno impressa fuerat et ex quo in tempore est expressa. Huiusmodi reformatio imaginis attenditur in hoc quod facies mentis incuruata ad terram. per terrenorum oblectationem erigatur sursum ꝛ rectificetur per celestium cōsiderationem ꝛ dilectionem. Unde Can. j. dicit sponsa. Recti diligunt te. Ubi secundum Bern. Recti intelliguntur qui a terrenis sunt abstracti ꝛ cōtemplatione ꝛ dilectione toti ad superna erecti. Unde dicit sic Bern. Querere ꝛ sapere que sunt super terram curuitas aīe est. Meditari vero et desiderare que sursum sunt. rectitudo. Cuius etiam rectitudinis secundum eundem Bern. attestatur statura erecta corporis humani. Quid enim indecentius quam curuum recto corpore gerere aīm. peruersa res est ꝛ feda. vas luteum quod est corpus de terra. oculos habere sursum celos libere suspicere. spiritualem celestemque naturam suos ecōtrario oculos. i. internos sensus atque affectus trahere deorsum in terram. Hec Bern. sermone. xxiiij. E Quarto innuitur quartus effectus verbi in mente. qui est aduersorum equanimis perpessio. in eo quod dicitur. Et aspera in vias planas. Que enim alias essent hoī valde aspera intolerabilia. in virtute verbi eterni efficiuntur ei plana ꝛ leuia ad tolerandum. Unde Greg. v. moral. Si mens fortiter intentione in deum dirigitur. videlicet sicut est in ꝯceptione verbi eterni. quicquid sibi in hac vita amarum esset dulce estimat. omne quod affligit requiem putat. Nec mirum. quia enim in actu ꝯcipiendi verbum mens tota in deum ꝯuertitur. Inde est quod tanto amore feruescat. quod amara ꝯuertat in dulcia. incōmoda reputet cōmoda. ꝛ si sensus aliquid incōmodi naturaliter adhuc sentit. hoc amor amplexans quod appetit illi aīe dulcissimum esse facit. Unde iacob dicitur Gen. xxix. Uidebantur ei dies pauci pre magnitudine amoris illius scilicet rachel. per quam ꝯtemplatio intelligitur.

Subsermo secundus.

LI

Uidebit omnis caro salutare dei nostri. Hic innuitur quintus

effectus verbi in mente qui est diuine cognitio nis gratuita adeptio q quidā in his verbis describit q ad tria. Primo quo ad modū cognitio nis determinatōez cū premittit videbit. Secundo q ad ipi⁹ cognoscentis statū ⁊ cōdicionez cū addit omis caro. Tertio q ad obiecti cognosca bilis spēalem rōnē cum subiūgit salutare dei.

A Quātū ad primū est sciēdū q modus q mens verbigena cognoscit deū. nō est sic cōis si cut ille q est p vestigiū creaturaꝝ. qlē habēt phi losophi Ro. i. Inuisibilia dei p ea q facta sūt in tellecta cōspiciūt. Nec obscurus ⁊ extrane⁹ sic ille qui est p vmbrā figuraꝝ. qualē habuerūt pa tres veteris testamenti. Hebre. i. Multipharie multisqꝫ modis olim loquēs deus patrib⁹ in p phetis ⁊c. Rursus nec sic enigmaticus sicut ille qui ē in lūie fidei. qlē habēt cōiter fideles. Unde i. Cor. xiij. Uidem⁹ nūc p speculū et in enigma te ⁊c. Itē nec sic abstract⁹ ⁊ speculatiu⁹ sicut q est p studiū scripturaꝝ. qlē habēt theologi. Talis cī speculatiua cognitio interdū inflat si sit sine ca ritate. Iuxta illud. i. Cor. viij. Sciēna inflat. cari tas vō edificat. Uñ tales doctores minimi vo cant in regno celoꝝ. Math. v. Sed est modus cognitiōis alius a p̄dictis. pprior. intimior. cla rior ⁊ suauior. videlicet q est p priuilegiatū reuela tionis bñficiū. De q sic dicit Berñ. sup Cant. ser mone. xxxj. Est quedā diuina cognitio eo diffe rēnor ab alijs. q interior. cū p semetipꝫ dignat in uisere deus aiam querētē se. Et subdit. Nō eniꝫ cōtenta erit aīa oīno. vel illa q multis p ea que facta sunt. vel ea q paucis p visa ⁊ somnia facta est manifestatio sposi. nisi ⁊ spēali progatiua in timis illū affectib⁹ atqꝫ ipis medullis cordis ce lic⁹ illapsū suscipiat. habeatqꝫ p̄sto quē desiderat nō figuratū sꝫ infusū. nō apparētē sed afficienteꝫ. Nec dubiū qn eo iocūdiorē. quo intus nō foris. Hūc cognitiōis modū innuit verbū videbit. Cognitio eni q est p visum pfectior ē. eqꝫ q ē p ali os sensus. qꝛ visus plures rerū drās demōstrat vt patꝫ in phemio methaphisice. Et magis expri mit hūc modū Esa. apponēs inter vba premissa Et reuelabit glia dñi. Hūc etiā modū diuine co gnitionis adepta fuit illa aīa verbigena. de qua aplus. ij. Cor. xij. Scio hoiem raptū in tertiū ce lū. vbi audiuit archana ⁊c. B Quantū ad scdm sciēdū. q cognitio quā de deo habem⁹ in hac vita est valde debilis p cōparatōez ei⁹ qua de⁹ videt in patria. Et hoc est pp̄ter aggrauationeꝫ corpis sm illud Sap. ix. Corp⁹ qd corrūpit agg uat aiam. Uñ dicit Aug. Natale pactū depra uate societatis eoꝝ qb⁹ cōnect⁹ sū abscōdit a me lucē suauissimā. dū eni carne depssus inhereo q

denter ad videndū eū sicuti est nō inuenio. sꝫ se parata aīa libero volatu videre poterit diuinaꝫ essentiam. Cognitio ergo aīe p statu ⁊ cognitiōe qua est in corpe. potius ascribit carni tāqꝫ infir miori qꝫ aīe. ad distinctiōeꝫ videlicet cognitiōis aīe separate Et hoc est q hic dr̄ Uidebit omis ca ro id est aīa in carne. Nō idē est cū eo quod dr̄ Job. iij. Oēs homies vidēt eum. vnusquisqꝫ in tuebit p cul. Et distribuit hic ly oīs p generibus singuloꝝ. nō p singulis generū. vt expositū fuit supra. Uel distribuit p omni aīa verbigena Qz vt dicit Berñ. Nō eni vel in trāsitu verbuꝫ p̄sto erit sic omni aīe. nisi illi dūtaxat q ingens deuo tio ⁊ desideriū vehemēs ⁊ p̄dulcis affect⁹ spōsā pbat. qualis est aīa verbigena. vt patet ex p̄cedē tibus. Uel pōt dici oīs caro videre deū. p quan to oēs potētie aīe existētis in carne. p̄nia vbi eē ni qōammō psentiūt. p redundātiā a mente in potētias organicas. sm intellectū datū supra in sermōe. Uirtutes celoꝝ. C Quantū ad tertiū sciēdū. q obiectū hic cogniti non ē diuina essen tia vt dictum ē. cū sit superexcedens ⁊ oīno ippor tionabilis intelligentie nostre. Sꝫ cognoscim⁹ deū sub rōne salutaris. inquātū videlicet est qd nobis salutare. quoniā p ipm cōseqmur saluta res effectus p̄missos. Uñ signant doctores qui dam ponūt subiectū in theologia deū sub rōne saluatoris vt l salutaris. Et hec cognitio q̄si p ef fectus ⁊ a posteriori. Cui⁹ exemplū est in Moy se q gerit figurā cōtēplatiuoꝝ. Cū eni ipe in mō te oraret dicēs. Ostende mihi faciē tuā. ait ei dñs. min⁹. Uidebis posteriora mea. faciē aūt meaꝫ videre nō poteris Exo. xxxiij. Uñ Berñ. sup Cā ti. sermōe. xiij. Studiosis mentib⁹ deus frequen ter apparet ⁊ nō sub vna spē. pfecto q̄niā nō vide tur sicuti est. Nō sapiēs. nō sanctus. non ppha videre illū sicuti est pōt aut potuit in hoc mor tali corpe. poterit aūt in īmortali q dign⁹ habe bit. Et subdit oñdēs qualit cognoscat hic ponēs exemplū in sole corpali quē nō videm⁹ sicuti est sed tātū sicut illuminat puta aerem vel monteꝫ vel pietem. qualis cognitio est p effectū. Sic in pposito mens vbigena cognoscat deū p illumi nañoēs diuinas quas ei imittit. pp̄ter qd nō dr̄ q videbit oīs caro deū. sed salutare dei. Dicitur aūt verbū ⁊ salutare dei ⁊ salutare nostrū. Dei qdē causaliter inquātū deus pater p verbū salu tem in nobis causat. nostꝝ vō dicit cōsecutiue. i. quātū nos salutē p verbū cōsequimur. Uñ illa verbigena cecinit Luc. i. Exultauit spūs me us in dō salutari meo. In q cōtinuat hic sermo ad sermonē p̄cedētē in hoc vbo salutare. Conue nient aūt verbū eternū dicit salutare. Tū qꝛ ipꝫ

in natura assūpta auctor salutis nostre genera
liter extitit. Tum q₃ pmissos effectus salutares
in mente spūaliter efficit. Tum etiā q₃ ad salutē
eternā finaliter pducit. Hec tria tāgunt illo ver
su ps. In deo salutare meū ₇ gloria mea. quātū
ad pmū. Deus auxilij mei. quātū ad scdm. ₇ spes
mea in deo est. quātū ad terciū. Quod salutare
nobis prestare dignet᷑ ₇c.

Expositio euangelij In vigilia natiui
tatis domini. LII

Cum esset despon
sata mater iesu maria io
seph. antequā cōuenirent.
inuenta est in vtero habēs
de spūscō. A Consuetudo fuit apud ve
teres approbata ₇ hodie in canone autenticata
q nō statim facta desponsatiōe fiat cōuentio. s₃
pfigit᷑ terminus duoꝝ mensiū. vt legit᷑ ₇ notat᷑ in
decretis. xxvij. q. ij. Institutū. Et hoc fit triplici
ratione. Primo quidē vt dicit btūs Augꝰ. viij.
cōfess. ₇ ponit᷑ in decretis vbi supra. ne vilem ha
beat maritus datā quā nō suspirauerit sponsꝰ
dilatam. Scdo vt i hoc tpe medio que sūt neces
saria solennitati nuptiaꝝ pparent᷑. Tertio vt i
fra tale tps vterq₃ cōiugatoꝝ deliberēt si velint
meliora vota amplecti p religionis ingressū₃. q
aīa desponsat᷑ christo. Qd pōt vterq₃ cōiugum
libere facere añq₃ ꝯueniant etiā altero irrequisi
to. secus post. Juxta talem igit᷑ cōsuetudinē bea
ata virgo cū eēt desponsata ioseph. ante tps cō
uentionis ppendebat ipe ioseph virginē eē gra
uidatā. Unde cogitauit eā₃ occulte dimittere. sed
angelica suasione edoctus destitit a pposito. Et
de hoc est pñs euāgeliū solenne vtiq₃ ₇ deuotū.
In q̄ euāgelista tria facit. Primo describit modū
generatiōis christi explicatōe₃. Christi inqt ge
neratio sic erat. Cū eēt despōsata ₇c. Scdo istiꝰ
mōi supnaturalis ₇ inusitati pbatōnē. Ibi Jo
seph aūt ₇c. Et ibi vt euidentior sit pbatio. pmit
tit ipiꝰ ioseph dubitatōe₃ vel eius testificationē
sm aliam lecturā. Et deinde tertio subiūgit eius
p āgelū certificatōe₃ vel āmonitionē. Ibi Hec
aūt eo cogitāte. Propter pmū est sciendum q
pus q₃ angelus virginē salutasset. Joseph dispō
sauerat ea₃ per verba de pñti. S₃ statim pꝰ an
gelicam salutatōe₃ ₇ virginis cōceptione₃. ipsa
ascēdit in montana ad ministrādū elizabeth. q
angelus ei dixerat impgnatā eē elizabeth. ₇ mā
sit cum ea virgo maria q̄ tribus mēsibus vsq₃
ad natiuitatē iohīs baptiste. vt hec habent᷑ Luc.
j. Et tūc rediit a montanis ad ppria i nazareth.
in domū scī Joseph. Ab hoc ergo reditu incipit
materia pñtis euāgelij quia videlicet ioseph vi
dit eam pgnantē vt hic dicit᷑. Et in hac pma pte
tria facit euāgelista. Primo exprimit cōditionē
psone cōcipientis. quia erat virgo desponsata.
Scdo remouet suspitionē corruptiōis q₃ erat
a sponso illibata. Ibi añq₃ cōuenirent. Tertio
declarat modū cōceptionis. quia erat a spūscō
impgnata. Ibi de spūscō. Primo ergo condi
cionē psone cōcipiētis exprimit ₇ hoc quo ad tria.
Primo quātū ad ipiꝰ desponsatiōnē. ₇ iō dicit
Cū esset despōsata. B Ubi posset aliqs
dubitare. quia nō videt᷑ cōueniens btām virgi
nem fuisse desponsatam. cū ipa fecerit votū vgi
nitatis. qd nō pōt stare cū consensu cōiugali. eo
enī ipo q puella cōsentit in cōiugiū. dat viro po
testatem corpis sui ad carnalem cōmixtionem
ac p hoc recedit a pposito vginitatis. Aut ergo
beata virgo vera coniunx non fuit. aut vera vgo
non fuit. vtpote que cōsentiendo in virū pposi
tum vginitatis deseruit ac p hoc iā mente virgo
eē desijt. qd de tam excellenti vgine₃ regina ne
phas est dicere. In cōtrariū est hic lrā. Rñsio di
cēdum est q cōueniens fuit eā esse desponsata₃
ppter plures rōnes plimoꝝ doctoꝝ qs habes
supra in expositione euāgelij Missus est. super
verbo desponsatā viro. Sed ppter argumentū
in cōtrariū qd fecit quidā arrogans cauillator
₇ calūniator nimis impudenter loquēs de re tam
sacrosctā. contra quē hugo de scto victore fecit li
bellū₃ de vginitate beate marie in q̄ motiua fal
sa eius elidit. Est igit᷑ sciendū q btā vgo vera cō
iux fuit vtpote que ꝯtraxerat cōiugiū cū ioseph
p verba de pñti manente simul cū hoc imutabi
li pposito ppetue virginitatis. Qd sic declarat
ide₃ hugo ibidē. In cōiugio attendit᷑ duplex cō
sensus. Unus q̄ est cōiugalis societas. cōsistens
solū in cōiunctiōe aīoꝝ p cōfederatōem mutui
amoris quo duo fiunt vnū mente. Et hic est cō
sensus qui facit cōiugiū tāto verius ₇ sanctiꝰ q̄
in solo caritatis vinculo ₇ non in concupiscētia car
nis ₇ libidinis ardore federatū est. Alius est cō
sensus q̄ est carnalis cōmercij. q̄ duo fiūt vnum
in carne. Hic nō facit cōiugiū sed est accessoriū.
Et vt dicit hugo. est comes nō factor cōiugij. of
ficiū ₇ nō vinculū. Et sine isto cōsensu pōt stare
veritas ₇ pfectio cōiugij. vt pbat hugo. Btā igi
tur virgo cōsensit in cōiugiū pmo cōsensu et nō
scdo. Et iō sic fuit vā cōiunx q tñ tenuit imuta
biliter ppositum virginitatis. Sed cōtra istud
dictum forte sic instaret iste calūniator. Consen
sus cōiugalis si pstet᷑ cū exclusiōe consensꝰ com
mixtiōis carnalis. nullꝰ ē ipso iure. Verbi grā
Si dicat puella. ꝯtraho tecū dūmō me carnalē

nō cognoscas. talis cōtract⁹ null⁹ est. q: contra
substātiā cōiugii. vt extra de. xx. l. ap. Si cōdicio
nes. Et. xxxii. q. ii. Soler. Si ergo btā virgo con
traxit excludēdo cōsensū carnalis cōmixtionis.
videt q non fuerit vera cōiunx. Ad hec quidā
dicūt. q btā vgo cōsensit in cōiugiū cōsensu pimo
nō excludēdo scōm. sz simpliciter et absolute. nec
in hoc derogauit voto virginitatis. q: vt dicūt.
ipa nō vouerat virginitatē absolute sed sub cō-
dicione. sz nisi deus aliter facere iuberet. Et q̄a
ex instinctu spūsancti desponsata fuit. an. Bnon
fecit cōtra votū suū. Sz cōtra hoc. In omi voto
quātūcūqz absolute intelligit hec cōdicō si deo
placet. Nullus eni ordinate intendit offerre ali-
quid deo. velit ipe vel nolit. Sed cū ista cōdicō-
intellecta stat absolutū votū. Preterea si cō
sentiendo absolute in cōiugiū non fecisset cōtra
votum taliter condicionatū. derogasset tn̄ vgi-
nitati mētis ei⁹. Et iō aliter pōt dici. Et dico ita
primo q btā virgo absolute vouerat vginita-
tem. Scdo q absolute cōsensit in cōiugiū. Ter-
tio q pp̄ter hoc nō mutauit virginitatis p̄posi-
tum. Primū patz. q: sancti doctores hoc cō-
cluūt ex forma interrogatōis eius ad gabriel-
lem qn̄ dixit. Quō fiet istud quoniā virū nō co-
gnosco. Si eni tantū in preterito nō cognouisset.
nō habuisset firmū p̄positū nūqz cognoscēdi.
nulla eēt questio. Sz ideo fuit questio. quia fir-
missime vouerat nūqz se cognoscendam a viro.
Vn̄ dicit hugo vbi supra. Quid ē virū nō co-
gnosco. id est. p̄positū habeo virū nō cognosce-
re. p̄positū habeo virginitatis decus vsqz i fine
inuiolatū seruare. Et est modus loquēdi sicut si
q̄s dicat vinū nō bibo. Sensus est. Votum ha-
beo nūqz bibere vinum. Et sicut dicit Nazarei
comā non incidūt. hoc est votū habēt nō icide-
re. Sic in p̄posito fm̄ hugonem. Et ad hūc itel-
lectū exponit btūs Aug⁹ illud Lu. i. Spūssāct⁹
superueniet in te. Scdm patet. q: alias nō fuis-
set vera cōiunx. quod est cōtra sanctos.

Propter terciū est sciendū q in cōtrahēdo
cōiugio mutua dacio corpoꝝ fit dupliciter. Uno
modo quo ad ptātem. Alio modo quo ad vsū.
Sed nūc ita est q p cōsensū cōiugalē vterqz dat
alteri ptātem sui corpis retento vsu impliciter si
vult. Et hoc nō ē cōtra substantiā cōiugii. Nunc
ē q si excludat explicite consensus scdūs scz carna-
lis cōmercii. puta si dicat. Cōtraho tecum. ita vt
carnaliter me nō cognoscas. q: talis cōdicio nō
solū vsū sed et ptātē cōtrariat. Ideo ē cōtra sub-
stāniā cōiugii. ac p hoc cōsensus null⁹. Sec⁹ si
fiat exclusio vel nō apponat talis condicio ex-
plicite. tūc eni ita dat ptās q nō vsus. et valet cō-
tractus. quia nihil est ibi cōtra substāniam con
iugii. Verbi gratia. Si qua p⁹ votū virgini
tatis cōtrahat absolute cū p̄posito cōseruādi v-
ginitatē. talis dat viro corpis sui ptātem. sed reti
net vsum. Et ideo q̄zdiu nō dat vsum. liberū est
sibi auolare ad religionē. Itē si qua p⁹ cōsensū
cōiugalem adulterata fuerit. talis habet ptātē
corpis sui viri. q: data fuit sibi in contractu ma-
trimonii indissolubiliter. nō tn̄ habet nec habe-
re pōt vsum. Patet ergo q hec duo ptās et vs⁹
sunt diuersa et pnt separari. Ad hoc facit q aliquis
dat dominiū alicui⁹ rei. retento sibi vsu vel cō-
uerso. vt de fratrib⁹ minoribus in cōstitutione.
Exiit qui seminat. li. vi. Et inde est q si qui cōtra
hant cū p̄posito vouēdi castitatē cōtract⁹ tenet
sed si cōtrahant cū hac cōdicione explicita q se
carnaliter non cognoscāt. nō valet. Igit btā vir
go licet ex natura cōsensus cōiugalis impliciate de
derit ptātē viro corpis sui. vsū tn̄ reseruauit cū
p̄posito ppetuo virginitatē cōseruādi. Et sic fuit
simul vera coniunx et vera virgo. Preterea illa
dacio ptātis corpis q̄ fit in pimo cōsensu cōiuga-
pensandum est q tanto tardius mens viciu m suũ deserit. quãto hoc qđ pperat non erubescit tanto tardius viciũ deserit. quãto per virtutis spẽm decepta: premiorũ etiã de eo retributionẽ querit. Facile autẽ culpa corrigitur que τ erubescatur. quia τ esse culpa sentitur. Hec Gregorius. Predictas omnes zizanias nos caute declinare τ semina bona virtutũ in nobis impermixta custodire ꝯcedat nobis ille celestis seminator. q cum patre ꝛc.

Expositio euangelij dominice in septuagesima

CXXXIII

Simile est regnum celorum homini patrifamilias. qui exijt primo mane cõducere operarios in vineam suam. Conuentione autẽ facta cuz operarijs ex denario diurno. misit eos ĩ vineam suam. Et egressus circa tertiam horam. vidit alios stantes in foro ociosos. et dixit illis. Ite et vos in vineam meam. et quod iustũ fuerit dabo vobis Illi autem abierunt. Iterũ autem exijt circa sextam et nonã horam. et fecit similiter. Circa vndecimã vero exijt. et ĩuenit alios stantes et dicit illis. Quid hic statis tota die ociosi. Dicũt ei Qr nemo nos conduxit. Dicit eis. Ite et vos in vineam meam. Matthei. xx.

Postq̃ȝ homo de paradiso expulsus est: dictum est a domino laborare In sudore inq̃t vultus tui vesceris pane tuo. donec reuertaris in terrã de qua assumptus es. quia puluis es et in puluerẽ reuerteris. Geñ. iij. Unde Job q̃nto Homo ad laborẽ nascit̃. Sed grauitatẽ operis alleuiat expectatio mercedis. In temporalib⁹ merces que expectat̃ est denarius qui omne op⁹ facit delectabile et omne onus leue. In spiritualibus autẽ vita eterna pro mercede p christuz nobis promissa: omnẽ laborẽ ad hunc finem ordinatum. sicut est vigilare. ieiunare. carnez macerare. seipsum affligere. plangere. peregrinari. cõtrarium pati. τ quecũqȝ talia sunt quãtũcunqȝ grauia sint. reddit nobis nõ solum sufferribilia. sed etiã leuia et delectabilia dicẽte dño Matth. xi. Jugum meũ suaue est τ onus meũ leue. Et hoc vtiqȝ propter retributionẽ vite eterne. Unde dicebat psal. Inclinaui cor meũ ad faciẽdas iustificationes tuas in eternũ propter retributionẽ. Et de tali operatione τ mercedis retributiõe sub methafora patrisfamilias sub mercede diurna operarios cõducentis agitur in p̃senti euangelio. quod habet tres ptes principales. In quarũ prima p̃mittitur operantiũ diuersifica vocatio In secunda describitur mercedis pacifica retributio. Ibi. Cuȝ sero autẽ factũ esset. In tertia subijcitur parabole ꝯgrua adaptatio. Ibi. Sic erunt nouissimi primi. In vocatione autẽ operantium q̃nqȝ distinguuntur hore. τ fm hoc in p̃ma parte quinqȝ facit. Primo enim ponit vocatio in hora prima. Dicit ergo. Simile est regnum celorũ ꝛc. Nota q cũ regnũ celoruȝ celeste multipliciter accipit̃. vt habes in proximo precedẽti euangelio. hic autẽ potest accipi p p̃senti ecclesia vel pro statu penitẽte. Nota etiaȝ. q iste homo paterfamilias est deus pater. q homo dicitur nõ proprietate substãtie sed pietatis affectu. Dicitur eni homo quia est humanus. id est. benignus mansuetus. et misericors circa homines. Dicitur autẽ paterfamilias per creationem τ prouidentiã. Est autẽ familia eius duplex. Una quidẽ celestis. scȝ sancti angeli. quos ipse potentia creauit virtute τ mirabili sapiẽtia distinxit ĩ tres hierarchias: τ quãlibet hierarchiam in tres ordines diuisit. Et ista familia innumerabilis est. Job. xxv. Nunquid est numerus militum eius. Secunda vero familia adhuc est in terra. sancti videlicet homines. quos creauit gubernat et saluat. Uel aliter fm Chrysostomũ Paterfamilias est christus et hoc fm naturam diuinã in q̃a equalis est patri. Cuius domus est celuȝ τ terra. Familia autẽ vniuersitas creaturarũ celestiũ τ terrestriũ et infernorũ. Q ergo dicit. Simile est regnũ celorum. idẽ est. ac si diceret. Ecclesia militans cui⁹ christus ẽ caput. similitudinẽ habet ad patrẽfamilias et suaȝ familiam. .B. Deinde ostendit in quo status ecclie assimilatur illi patrifamilias. quia videlicet exijt primo mane cõducere operarios in vineam suã. Uinea ista est ecclesia fidelium que τ ipsa dicta est regnũ celoruȝ. Esa. v. Uinea domini exercituuȝ domus israel est et viri iuda delectabile germen eius. Isti⁹ vinee vitis ẽ christus. palmites vero eius omẽs electi ab abel iusto vsqȝ ad vltimũ electum qui est nasciturus in fine mundi. Unde et ipse christus dicit Joh. xv. Ego sum vitis τ vos palmites. Boni palmites fuerunt patriarche et prophete. fecundi apostoli. fortes martyres. delectabiles virgines In hãc vineam domin⁹ pater fideles suos multi distinctis horis fm distinctas etates mundi siue hominis. Unde notãdum q istarũ horarũ distinctio potest accipi. Uno modo de cathacosmo. id est. de toto vniuersali mundo qui per vniuer

diem intelligitur. Alio modo de microcosmo .i.
minore mundo sm tempus vite vni⁹ hominis
¶ Primo modo distinguēdo istas horas sm
etates totius mundi sm Gregoriū. hora prima
fuit ab adam vsq₃ ad noe. Hora tertia a noe vs-
q₃ ad abraā. que fuit secunda etas. Hora sexta fu-
it ab abraa₃ vsq₃ ad moysen. que fuit tertia etas
Hora vero nona fuit sm Gregoriū a moyse vs-
q₃ ad aduentū domini. Sed hora vndecima ab
aduentu domini vsq₃ ad finē mundi. Et sic ha-
bentur quinq₃ etates mūdi correspondētes quin-
q₃ horis hic in euangelio expressis. Alij tamē sic
distinguunt quarta₃ etatē mundi a moyse vsq₃
ad dauid. alij vsq₃ ad transmigratione₃ babylo-
nis. Et sic sunt sex etates mundi. In qualibet igi-
tur etate deus pater vocauit operarios in vine-
am ecclesie. ¶ Exponēdo etiam de micro-
cosmo prout exponit Gregori⁹ per quinq₃ ho-
ras designantur quinq₃ etates hominis. Sūt
enī₃ sex etates hominis sm Isidorū .xj. libro ethi-
mologiar₃. Prima est infantia pueri nascentis
ad lucem que porrigitū vsq₃ in septimū annum.
Secunda est puericia quasi pura ⁊ nondū ad
generandū apta tendēs vsq₃ ad quartūdecimū
annū. Tertia est adolescētia ad gignendū adul-
ta que porrigit vsq₃ ad vicesimūoctauū annu₃.
Quarta est iuuent⁹ firmissima omnū etatum
finiens in quinquagesimo anno. Quinta est gra-
uitas que est declinatio a iuuētute in senectute₃
nondū senect⁹ sed iam nō iuuent⁹ quia seniori-
etas est que incipit a quinquagesimo anno ⁊ tē-
dit ad septuagesimū annum. Sexta est senect⁹
que nullo annorū tempore finitur. Seniū autē
est vltima pars senectutis sic dicta eo q̄ sit termi-
nus sexte etatis. Hec Isidorus. Quidā tamē quin-
tam etatē appellant senectutē et sextā decrepita₃
vocant etatē. Ideo omissa prima etate scilicet in-
fantili qua dū puer nō est capax discretionis. ac
per hoc nō idoneus ad operandu₃ in vinea do-
mini. In qualibet quinq₃ etatu₃ sequentiu₃ per
quinq₃ horas designatas deus vocat homines
ad operandu₃. vt prima hora se₃ mane respiciat
puericiā. quando sol iam incipit oriri nec habet
calorem. Hora tertia adolescentia₃. quia quasi
iam sol in altū proficit. dum calor etatis crescit.
Hora sexta iuuentutē. quia velut in centro sol fi-
gitur dum in ea plenitudo roboris solidat. Ho-
ra nona grauitatem in qua velut sol ab alto are
descendit. quia illa etas a calore iuuentutis defi-
cit. Undecima hora respiciat senectutem vl' de-
crepitā etatem. in qua velut sol ad occasum ten-
dit. Quidā igitur intrant religionē vl' alias mā-
cipant se diuino obsequio in puericia. ⁊ hi veni-

unt hora prima. Alij in adolescentia. et hi veni-
unt hora tertia. et sic deinceps. ita q̄ in omnibus
etatibus christus vocat homines ad conuersio-
nem ⁊ penitentiā. ⁊ nulla etas sera est ad penitē-
tiam. Sed attendēdum est ne mora inducat pe-
riculum. Ecci. v. Ne tardes conuerti ad domi-
num. ne differas de die in diē. subito enim veniet
ira illius. et in tēpore vindicte disperdet te. Un-
de Augustinus in sermone. Si quis positus in
vltima necessitate sue egritudinis acciperit penitē-
tiam ⁊ hinc vadit. fateor vobis non illi negam⁹
quod petit. sed non presumim⁹ q̄ bene hinc exit
Si securus hinc exit ego nescio. penitentia₃ da-
re possumus. securitatē autē₃ non. Nunquid di-
co damnabiliter. sed nec dico liberabit. Uis ergo
a dubio liberari. tene certum. et dimitte incertū.
Age penitentiā dum sanus es. si sic agis dico q̄
secur⁹ es. quia penitentiā egisti eo tēpore quo pec-
care potuisti. Si vis agere penitentiā quando
iam peccare non potes. peccata dimiserunt te. nō
tu illa. ¶ Nota sm Chrysostomū q̄ omnes in vi-
nea ecclesie a christo mercēnarij sum⁹ conducti.
Sicut ergo ad hoc nemo conducit mercēnari-
um vt solū manducet. sic et nos sumus vocati a
christo non ideo vt solu₃ operemur que ad no-
strum pertinēt vsum. sed ad gloria₃ dei. Et sicut
mercēnarius prius aspicit opus suū. deinde quo-
tidianum cibū. Sic et nos primū debemus aspi-
cere que ad gloriam dei pertinēt. deinde que ad
nostrā vtilitatem. Et sicut mercēnarius totam
diem circa domini opus impēdit. vnā autē ho-
ram circa suū cibum. Sic et nos omne tempus
vite nostre debemus impendere circa gloriam dei
modicam aute₃ partē circa vsus nostros terre-
nos. Et si mercēnarius qua die opus non fecerit
erubescit intrare domū et petere panem Et quo
modo tu non confunderis intrare ecclesiam et
stare ante conspectū dei. quando nihil boni in cō-
spectu eius gessisti. Hec Chrysostomus. B.
¶ Deinde ponitur modus cōductionis. Con-
uentione aūt facta ex denario diurno. dies iste
laboris est totum temp⁹ vite cuiuslibet hominis.
Tota enī vita nostra est quasi vna dies respectu
eternitatis. vnde Ioh. ix. Oporte₃ operari donec
dies est. veniet enim nox. scilice₃ mortis in qua ne-
mo potest operari. Notandū autē q̄ nomine de-
narij premium vite eterne intelligit. habet enim
denarius materiā preciosam. forma₃ speciosa₃
figuram circularē et virtutē copiosam. Et certe
gloria vite eterne tam preciosa est vt nullo possit
precio comparari. Et si aliquo modo compara-
ri debet oportet q̄ totum quicquid homo habu-
erit pro illa aufferat. illud Aug. Regnum celorum

valet tantum quantū habes. Habet etiā formā speciosam. quia continet regis regum imaginē. Unde Esa. xxxiij. de beatis dicitur. Regem ī decore suo videbunt. Et habet figurā circularem. et nunq̄z deficiet. Habet nihilominus virtutem copiosam. Est enim denarius quodāmodo omnia virtualiter. pro quanto quicq̄d homo vult. potest habere per denarium. Ita premium vite eterne continet vniuersa que anima desiderare potest. Unde Anselmus. Qui hoc bono fruetur. quid illi erit. aut quid illi non erit. Certe quicquid volet erit. et quicquid nolet nō erit. Ibi erūt quippe bona corporis et anime. qualia nec oculus vidit nec. &c. Beatus qui habet hunc denarium in bursa qui nunq̄z deficit. Vel sm̄ Remigium. quia denarius dicit̄ qui antiquitus pro decem denarijs computabat̄. recte per denarium obseruati decalogi premiū designatur. ¶ Deinde ponitur operariorū missio. Misit eos in vineam suam. Ubi attendenda sunt quattuor. ¶ Primo ne d̄ vinea exeamus per infidelitatem. sicut heretici. De quibus. j. Joh. ij. dicitur. Ex nobis prodierunt sed ex nobis nō erant. Secundo ne male operemur peccādo scz mortaliter. Tale enim opus nō requirit deus in vinea sua. sed retorquet malum opus in caput operantis. Tertio vt bonum opus operemur. Gal. vj. Dum tēpus habemus operemur bonū. ¶ Quarto ne cū negligentia et tarditate bonū operemur. Hieremie. xlviij. Maledictus qui facit opus dei negligenter. ¶ E. Secundo ponit̄ secunda operantium vocatio que est circa horam tertiam. Et egressus circa horam tertiā. vidit alios stantes in foro ociosos. Magnum peccatū est ociositas. Est enī doctrix oīs vicij. Ecclesiastici. xxxiij. Maliciam multā docuit ociositas. Ociosi autem sunt sm̄ Chrysostomum. non peccatores. q̄ illi mortui dicūtur sed qui opus dei non operātur. Uis ergo non esse ociosus. neq̄z aliena tollas. et de tuis des. et operatus es ī vinea misericordie vitem colens. ¶ Et nota sm̄ Origenē q̄ forum hic dicitur quicquid est extra vineam. id est. ecclesiam christi. Vel sm̄ Gregoriū forum est h̄ mūdus in quo homines vendendo et emendo et sibi inuicem fraudē faciendo vitam suam sustentant. In isto foro anime hominū venales exponuntur. Mercatores duo sunt deus et diabol⁹. Quidam autē sic ceci sunt vt vendant proprias animas diabolo pro vili precio. quia pro modica vite presentis delectatione. quales sunt gulosi et luxuriosi. Quidam vero vendunt animas pro honoribus transitorijs et gloria mundi. sicut sunt superbi et vane gloriosi. Quidam vero vendunt animā pro pecunia et diuitijs seu bonis temporalibus. quales sunt predones. vsurarij. fures. et auari. Istas animas emit diabolus. vt sint ligna ignis infernalis. Talem mercatorē fratres charissimi fugiamus. et vendamus animas nostras christo. qui nos emit sanguiē suo precioso. et cū emerit deducat ad patriā celestem. Igitur iste paterfamilias videns aliquos stantes ociosos misit eos ad opus. Unde sequit̄. Et dixit illis. Ite et vos in vineam meam. et quod iustum fuerit dabo vobis. Non facit cum istis vocatis hora tertia et sequētibus pactum certum de precio sicut cum primis. sed sub incerto conduxit. Quia sm̄ Chrysostomū. tantū paratus ē retribuere quantū mercēnarij non sperabant recipere. Vel quia sm̄ Origenē. Operarios tertie hore non inuitauit ad totum opus. Quicquid autem poterant operari suo iudicio reseruauit. Poterant enim equale opus facere in vinea cū qui ex mane sunt vocati. quicunq̄z ī tempore breui volebant operantē virtutem ad opus extendere. ¶ Tertio ponitur tertia et quarta operantium vocatio que fuit in sexta et nona hora. Et de his duabus vocationibus ait simul. Et hoc ideo sm̄ Chrysostomū. quia ī sexta et nona generationem vocauit iudeorū. ¶ F. Deinde quarto ponit̄ quinta vocationis hora. Circa vndecimam vero horam exijt et inuenit alios stantes. et dicit eis. Quid hic statis tota die ociosi. Hic reprehēdūtur illi qui in tota vita sua bonū operari neglexerunt vsq̄z ad senectutē vel decrepitam etatem. Et si vel tunc operari bene incipiunt habēt mercedem. Reprehendūtur hic etiā illi qui diem aliquem absq̄z bono opere transire permittūt. Unde legitur de Tyto. Q̄z cū vno die nihil virtuosum egisset. circa horā vespertinā conturbatus cum suspirio dixit astantibus. Heu mei amici quia hanc diē perdidi. Dicunt ei. Quia nemo nos cōduxit. Si exponitur de macrocosmo tūc hec hora vndecima est temp⁹ vocationis gentium scz a christo vsq̄z ad finē mundi. Gentes autem sole sm̄ Chrysostomū. neq̄z deū sciebāt. nec dei promissa audierant. Et ideo ipsi possunt dicere. Quia nemo nos conduxit. id est. nemo nobis viā vite predicauit sm̄ Gregoriū. Exponendo autē d̄ microcosmo. friuola est excusatio eorum. qui vsq̄z ad senectutē bene agere distulerunt. Non enim veraciter dicere possunt. nemo nos conduxit. Nā paterfamilias deus quantū ad se pertinet. omnes a prima etate vocauit. vt dicit Chrysostom⁹. Quod signatur cū dicitur:

[Exijt primo mane cōducere operarios] sꝫ nō omnes sequuntur vocantē. Ad quod potest referri istud ps. Multi dicunt quis ostendit nob bona. Cui questioni respondet propheta. Signatum est super nos lumen vultus tui domine ꝛc. Ubi dicit glosa. Rationi impressum est istō lumen vt sigillum cere. Uultus ergo dei ratio nostra accipitur. Quia sicut ꝑ vultum agnoscitur aliquis. ita per speculū rationis cognoscitur deus. Et sicut vultus cōformitate alius alij assimilatur. ita per rationē nos deo similes sum⁹. Hec glosa. [Dicit eis. Ite ꝛ vos in vineam meā] Attende quanta est liberalitas dei qui vt occasionē habeat premiandi. etiā vndecima hora operarios in vineam mittit. Nulla enī etas excluditur a premio vite eterne ¶ Sed quereret aliquis q̄re non omnes simul cōduxit sed alios mane. alios hora tertia. et sic de alijs. Ad quod respōdet Chrysostom⁹ q̄ hoc ex differētia mentis eorum processit. Tunc enī eos vocauit quando erant obedituri. Naꝫ et latronē vocauit quando erat obediturus ꝛc. Itē quia non ꝑ sua sed ꝑ nostra vtilitate nos vocauit. ergo q̄ncūqꝫ venientes remunerat ꝛc.

¶ Secūda pars expositionis euāgelij .CXXXIIII.

Cum sero aūt factuz esset. dicit dominus vinee ꝓcuratori suo. Uoca operarios et redde illis mercedem. incipiens a nouissimis vsqꝫ ad primos. Cum venisset ergo qui circa vndecimam horam venerant. acceperunt singulos denarios Uenientes autē et primi. arbitrati sūt. q̄ plus essent accepturi. Acceperūt autem et ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patremfamilias dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerūt. et pares illos nobis fecisti qui portauim⁹ pond⁹ diei et est⁹. At ille respondens vni eorū dixit Amice. non facio tibi iniuriam. Nōne ex denario conuenisti mecum. Tolle qd̄ tuū est et vade. Uolo autem et huic nouissimo dare sicut et tibi. An non licꝫ mihi quod volo facere. An oculus tu⁹ nequam est. quia ego bonus sum. ꝛc.

¶ Hic in secūda pte euangelij describit mercedis parifica retributio. Et diuidit in duas ptes. In quarū prima ponit retributionis cōmissio: In secunda ponitur cōmissionis executio. Ibi. [Cum venissent] In prima parte tanguntur sex. ¶ Primo tangit temp⁹ retributionis. [Cū sero autē factū esset] Sero ꝫm Rabanū est consummatio totius mundi aut etiā vniuscuiusqꝫ hominis finis. qui conuenienter sero dicit. quia vlterius nō est tempus opandi. ꝛ tunc est tempus congruū remunerationi de operibus peractis ¶ Secūdo tangit autor retributionis [Dicit dominus vinee] id est. deus pater ¶ Tertio ponitur minister retributionis. [procuratori suo] i. filio. pater enī omnia opatur ꝑ filiū. Ipse etiam filius dei factus fuit ꝓcurator dei patris in causa hominis ꝛ ibi contra diabolū Ad hanc enī causam discutiendā. non accessit pater per seipsum carnē assumendo. sed misit procuratorē. scꝫ christum qui carnē sumpsit ex virgine ꝛ ipse idez est procurator noster ī aula celestis imperij. vbi ipse compet pro nobis in omni causa. Iuxta illud ad Hebre. ix. Introiuit iesus in ipsum celū vt appareat nūc vultui dei pro nobis. Et .i. Ioh. ij. Aduocatū habemus apud patrē iesum christū iustum ꝛ ipse est ꝓpiciatio ꝑ peccatis nostris Nō pro nostris autē tantū. sed etiā ꝑ totius mundi. Securū ergo habem⁹ accessum ad iudiciū vbi talē habemus ꝓcuratorē ꝛ aduocatū. ¶ Sed q̄ritur quare de⁹ pater vocat opanos ad vineaz suā. mercedē tamē eis n̄ tribuit sed cōmittit filio Ad quod dicendū q̄ ad deū patrē ꝑpter omnipotentiā ptinet trahere homies ad vnitatem ecclesie ꝛ ad pniam. Unde christ⁹ dixit Iohis. vj. Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit illū. Iudiciū autē mercedis reddende cōpetit filio ꝑpter duo. Primo quidē ratione sapiētie ei attribute que ad iudiciuꝫ requirit. In christo enī sunt omēs thesauri sapiētie et sciētie dei absconditi Col. ij. Secūdo ne aliquis crederet eū minorē patre ꝑpter humanitatē assumptam sed q̄ videat equalis patri. Ideo dicit Iohan. v. Pater non iudicat queq̄ꝫ sed omne iudicium dedit filio vt oēs honorificent filium sicut honorificant patrē. Uel ꝫm remigiū dn̄s iesus christus ipse est paterfamilias ꝛ vinee procurator. sicut ꝛ ipse est ostiū ꝛ ostiarius. Ipse enī venturus est ad iudicium vt vnicuiqꝫ reddat ꝫm q̄ gessit. Uel ꝫm Origenē ꝓcurator intelligitur aliquis angelorū. qui sup mercedes retribuendas est positus ¶ Quarto tangit mod⁹ retributionis quia cōuocādi sunt omnes opanj. [Uoca operarios] Ista vocatio operarioꝝ forte erit illa vox tube archangeli. Surgite mortui venite ad iudiciū. quādo scꝫ omnes cōgregabunt ī iudicio. vt vn⁹ quisqꝫ accipiat ꝫm opa sua. vt dicat

remigus. ¶ Quinto tangit merces retributio
nis. et redde illis mercedē .i. premiū qd vnus
quisqz accipiet ſm ſuū laborē. ¶ Sexto tangit
ordo retributionis quātū ad personas. incipiens
a nouissimis vsqz ad primos .i. ab his q venerūt
hora vndecima vsqz ad illos q venerūt hora p
ma ¶ Dubitaret autē aliquis. quare voluit deus
pater vt priores essent in premio q posteriores
erant in ope. Ad qd dici potest Uno modo ſm
Gregoriū. Quia videmus frequēter. q qui tarde
incipiunt operari. s. in senectute. ante remunerant
quia prius exeūt de corpe ad regnū. qz hi qui i pu
ericia vocati esse videbāt. Alio modo ſm Chry
sostomū. qz semp libētius damus illis qbus gra
tis damus. qz p solo nostro bonore damus Un
de deus reddēs mercedē sanctis patribus iustus
ostenditur. gentibus autē dādo misericors dicente
apl'o ad Roma. xv. Gētes sup misericordia ho
norare deū. Sic etiā magis relucz misericordia
dei in remunerādo eos q in senectute inceperūt
operari qz illos q a puericia. Unde sicut dic Chry
sostomus. vt ondat deus inestimabilē misericor
diam suā primū nouissimis 7 dignioribus reddit
mercedē postea primis. Nimia enim mia ordinē n
aspexit 7c. .B. ¶ Deinde cū dicit. Cū venisset
ergo ponit cōmissiōis executio in retributiōe
mercedis. Ubi tria introducunt. Primo ponit
primorū 7 nouissimorū pacifica seu equalis retri
butio. que cōsistit in hoc q tā hi qz isti acceperūt
singuli singulos denarios . Iste denarius signat
celestis vite eternitatē. que etiā modicū labora
tibus dat. Dicit ergo. Cuz venissent ergo q cir
ca vndecimā horā venerāt. acceperūt singulos
denarios. Uenientes autē primi arbitrati sūt q plus
essent accepturi Et hoc esset decēs iudicio huma
no. vt plus laborantibus plus cōferret primij. Sz
hoc iudiciū superaltat misericordia dei vt statī
patebit. Acceperunt autē 7 ipsi singulos dena
rios . Sicut vna est fides primorū 7 sequentium.
ita vnus est denarius eternitatis. ¶ Dubitaret for
te aliquis de ista retributione denarij. Non enim
videtur iustū vt equale premiū recipiant modi
cum laborātes cū his qui multū laborauerunt
Unde videt q satis rōnabiliter murmurauerūt
qui hora prima venerāt. Sed dicēdū q ista retri
butio iusta est 7 misericors . Iusta qdē quātū ad
precedētes. qz dat eis primū cōuentū. Misericors
autē quo ad sequentes. qz pro modico labore eq
lem prioribus acapiūt mercedē. Nō igit iniuste
agit cum primis. sed misericordit dispensat cū vl
timis. ¶ Itē secundo ideo est equale premium
vt ostendat ſm apostolū. q nō ex operibus salua
ti sumus. non enī cōmensurat magnitudo pre
mij ex operibus. sed ex feruore charitatis. Et qm
a m qui minus opantur possunt habere eqlem
charitatē his qui multū laborant. ideo nō est in
cōueniens si equale cōsequūtur premiū ¶ Itē
tertio dicit premiū beatorū esse equale in dura
tione. Quia siue multū laborauerint sancti i ec
clesia vel modicū. de omnibus tn̄ verificabit illud.
Sap. v. Iusti in ppetuū viuēt 7 apud dominū
est merces eorū. Nō enī plus durabit i eternita
te gl'ia ne sanctus petrus qz latro in cruce cōuer
sus. Sed iste denarius licet sit equalis in durati
one. non tamē est equalis in magnitudine valo
ris. Ioh. xiiij. In domo enī patris mei mansiones
multe sunt. id est. multi gradus beatitudinis Et
stella differt a stella in claritate 7c. j. Corinth. xv.
Unde Augustinus in libro de sancta virginitate
Quia ipsa vita eterna pariter erit omnibus san
ctis. equalis denarius est omnibus attributus
qui erit omniū merces . Quia vero in ipsa vita
eterna distincte fulgebunt lumina meritorum.
multe mansiones sunt apud patrē. ac in dena
rio quidē nō impari nō viuet alius alio plurius
In multis autē mansionibus honorat alius alio
clarius. ¶ Itē quarto potest dici q etiā sctī om
nes equales sunt in magnitudine gaudij . Naz
vt dicit Ansel. plol. xxvi. Ex hoc q quilibet beatus
tantū diliget alterū quātū seipsum. sequit q tātū
gaudebit de beatitudine alterius quātū de ppria.
Et ideo gaudiū singulorū erit oim. Et ex hoc ille
denarius erit equalis. ¶ Secūdo ponitur
quorundā murmuratio. Et accipientes mur
murabāt 7c. Duplicē isti vident habere causā
murmurationis. 7 q in remuneratiōe erant vlti
mi. cum tamē priores fuissent in ope. et q eqle pr
mium non eque laborātibus erat datum . Sed
obmissa prima causa solū murmurant propter
secundā dicentes. Hi nouissimi vna hora feces
runt. et pares illos nobis fecisti. in primio. qui
portauimus pōdus diei 7 estus .i. pōderosum
laborem totius diei 7 estus. id est. caloris solis .
Ista posset esse vox eorū qui a puericia vsqz ad
finem vite sue deo seruierunt et sustinuerūt pō
dus religionis 7 penitentie atqz estus temptati
onum si nihil plus premij consequantur . qz hi
qui in senectute deficiente calore etatis incepe
runt. Similiter etiaz conqueri possent antiqui
patres. videlicet Noe. Abraam. Isaac. et Iacob
Moyses si non receperunt plus premij qz ho
mines presentis temporis . Ipsi enī sustinuerunt
magnos labores 7 temptationū estus Nā tempore
illorū mūdus erat quasi iuuenis totus floridus

pulcritudine et delicijs ac iocūdus prosperitati-bus. vnde magis inferebat estus temptationum. nunc vero mundus antiquatus est et quasi de-ficiunt delectamēta ipsius. Et ideo presenti tpe nō vrit tantis estibus. Sed licet ita sit nō tamē habent iustā causam murmurādi vt statī post sequitur. · D. ¶ Dubitaret autē hic aliquis q̄ modo sancti dicūtur murmurare de equalitate premij aliorū. cū dicat Gregorius. Q. nullus qui murmurat regnū celorū accipiet. et nullus qui accipit murmurare potest. Ad hoc rn̄det Chry-sostomus. q nō oportet ea que in parabolis di-cuntur scḋm totū q dicat̄ inuestigare. sed intentio-nem ꝓpter quā posita est intelligere. Unde ista similitudo murmuris nō est transferēda ad eos qui beati sunt. nec intelligitur murmurare ex i-uidia. sed vt ostendat̄ hos tanto potitos esse ho-nore q inuidiā poss; alijs generare ¶ Alio mo-do respōdet ad hoc Gregorius in omel. huius euā-gelij. Quia antiq̄ quantūlibet magni essent me-riti. morientes tamē ad regnū duci nō sunt sed expectauerunt vsq; ad christū. et hoc eorū mur-murasse. Hi vero qui nunc laborant ī vinea do-mini. mox vt exeūt a corpore ducūtur ad regnū. Et ideo isti nō murmurant. Dilatio quippe eo-rum quedā murmuratio est. ¶ Tertio potest dici q duplex est murmur. sc; cōquestionis et ad-mirationis. Nunc vero beati non murmurāt cōquerendo de aliorū gloria. sed admirando q̄-si murmurare dicunt̄. Quia illi qui sunt pro tē-pore presenti quasi pro nihilo vitā eternā acqui-rent. ¶ Posset etiā quarto dici q ista murmu-ratio intelligenda est ꝑ sinclesim. tollit̄ enī per il-lud quod sequit̄. Et quidē; nō murmurant nec murmurare possunt de aliorū gloria. Si tamē aliquis putaret ibi esse murmur attendat q̄mo-do murmur tolletur cōuenienti respōsione q̄ se-quitur · E · Tertio ergo ponit̄ murmuris re-motio. Tripliciter enī remouetur murmur ille. ¶ Primo amicabili rōcinatione. Unde dicit. [At ille] sc; paterfamilias [respōdens vni eo-rum] q̄ forte se magis ingerebat [dixit Amice ꝛc] Ecce q̄; amicabiliter incipit rōcinari. [Non fa-cio tibi iniuriā] ideo aduersum me murmura-re nō debes. Et q nō faciat illi iniuriā declarat. quia dat sibi illud in quo pactū fecerūt [Nōne inquit ex denario cōuenisti mecū] Certe sic. Et ideo nō teneor tibi dare plus. Quapropter [Tol-le qḋ tuū est et vade] sc; cōtentus. quia recepisti mercedē tuā. Et nota q si nō precessisset pactum nō sic rōnabiliter causam murmuris remouis-set. honestius enī hō dat plus ꝯuento sine pacto q̄; cū pacto. Et ideo etiā; ex ea cōsideratione ille paterfamilias tantū dedit sequētibus q̄ fuerūt cōducti sine pacto certo. quantū prioribus qui cū pacto. ¶ Secūdo remouet causā; murmu-rationis ex alia rōe. q: s. ipse sic voluit. ac ꝑ hoc li-citū fuit. Unde subdit. [Uolo aūt et huic nouis-simo dare sicut et tibi] Sicut enī dei sola volun-tas causa est in productione rerū. ita q nō habet ibi locū murmuratio. vt dicat opus factori suo. qua-re me sic fecisti et nō sicut quandā aliā creatura; ita etiā sola dei voluntas ipsius est sufficiens cau-sa in retributiōe premiorū. Unde dicit. [An nō li-cet mihi facere qḋ volo] Certe immo licet. q: ipsius volūtas semp est rōnalis et sine affectu malicie. et ideo semp licita. ¶ Tertio remouet murmu-rationē ex ista rōne. quia videt̄ ex inuidia ꝓcede-re. [An oculus tuus nequā est] Oculus scḋm remi-giū intentio est. que tunc dicit̄ esse nequā. q̄n do-let de bono ꝓximi. Quare autē oculus istius sit nequā ostendit dicēs. [Quia ego bonus sū] sc; hic dando gloriā de quo bono tu doles. Co-querendū quidē esset scḋm Gregorium; si nō daret qḋ deberet. nō si dat qḋ non debet ¶ Nota q hic datur documentū q religiosi nō debēt facere cō-parationes sui ad alios. quasi ipsi plus seruiāt deo q̄; seculares. Quia sepius videmus q quidā secularium equant̄ meritis quorundā religiosorū vel etiā eos excedūt. Itē docent̄ hic seniores clau-strales nō debere murmurare si videāt aliquos iuniores ipsis equari vel etiā in officijs eis ꝓfer-ri vel plus honorari. Sicut in simili docet Chryso. Nā qui in prima pte seculi natus est etnō ā plus vixit q̄; statutū tps vite sue. quid illi nocuit si post illius exitū mundus stetit. et qui circa finē nascē-tur nō minus viuent q̄; dies qui numerati sunt eis. Et quid eis prodest ad cōpendiu; laboris si cito mūdus finitur. cū pensu; vite sue cōpleant ante mundū. Deniq; non est in hoīe q̄n nascat̄ prius aut postea. sed potestatis diuine. neq; ille quidē sibi priorē locū debet defendere qui prius natus est. neq; ille contēptibilior debet esse q̄ po-stea. Hec Chryso.

¶ Tertia pars expositiōis euāgelij · CXXXV

Sic erunt nouissimi primi et primi nouissimi Multi enī sūt vocati pauci vero electi · ꝫ ¶ Hic tertio subiicit̄ parabole ꝯgrua adap-tatio. Sic enī euāgelista a principio huius euāgelij cū de mercede relinquentiū oīa ꝓ christo mētionē; fecisset premiserat Multi autē primi erūt nouis-

ſimi et nouiſſimi primi. Et hanc ſententiã cõfir/mare volens propoſuit hãc parabolã. Propo/nitur autẽ hic duplex ſentẽtia que trahit ex hac parabola. ¶ Prima eſt q illi qui fuerunt in pri/ma eccleſie priores ad laborẽ. in remuneratiõe erunt poſteriores. Unde dicit. Sic erũt nouiſ/ſimi primi &c. Quod exponit Uno modo my/ſtice de iudeis et gentibus ſm Remigiũ et Ori/genem. Prius enim fuerunt vocati iudei ad fi/dem q3 gentiles. et tamen prius ſaluãtur gẽtiles q3 iudei. Et ſic iudei de capite vertunt in caudã nos aũt hic de cauda mutamur i caput. Alio mo/do comparando inter maiores et minores ſactos ſm eundez remigiũ. Sancti enĩ apoſtoli nouiſ/ſimi videbãtur ſed relinquendo omnia per hu/militatis gratiã facti ſunt primi. Sunt etiã plu/rimi qui poſt ſtudia bonorũ operũ a bonis ope/ribus deſiciunt. Et cum fuerunt primi fiunt no/uiſſimi propter culpã. Tertio modo ſm Chry/ſoſtomũ. vt ſit comparatio inter ſenes et iuniores Compoſita eſt enĩ hec parabola ſicut dicit Chry/ſoſtom⁹. vt eos auditores faceret qui in vltima ſenectute cõuertunt. ne exiſtimaret ſe min⁹ ali/quid habituros. Quarto ſm Origenẽ. vt ſit cõ/paratio inter homines & angelos. Multi enim hominũ qui a natura nouiſſimi ſunt. efficiuntur per vitã angelicã quibuſdã angelis ſuperiores. Et quidã angeli qui fuerunt primi facti ſunt no/uiſſimi propter culpã. Quinto modo ſm Chry/ſoſtomũ. vt tollatur omis comparatio. Ita q3 ideo ter dicit primos nouiſſimos futuros. & nouiſſimos primos. non vt nouiſſimi digniores ſint q3 pri/mi. ſed vt coequentur & nulla ſit inter eos differẽ/tia temporis cauſa. B. ¶ Secunda ſentẽtia ad/dit hic metuẽda valde. Multi enim ſũt vo/cati pauca vero electi. Quod ſm Chryſoſtomũ nõ ad ſuperiores ſanctos ptinet ſed pertinet ad gentes. quoniã ex ipſis gentib⁹ qui multi vocati ſunt. pauci ſunt eligendi. Unde nota q de omi/natione mundi nõ ſunt electi niſi chriſtiani. qui pauci ſunt reſpectu aliorũ. Sed nec chriſtiani omnes ſaluãtur. Quia vt dicit Greg⁹. Ad fidẽ plures veniũt. ſed ad celeſte regnũ pauci perdu/cunt. plerique enĩ deũ vocibus ſequũtur. mori/bus ſugiunt. Unde dicit ſaluator Matthei. vij Nõ omis qui dicit mihi dñe dñe intrabit in re/gnũ celoꝝ. ſed qui fecerit volũtatẽ pa. m. &c. So/li ergo illi chriſtiani ſaluabũtur qui chriſtianita/tis nomẽ opibus cõprobant. qui quia pauci ſunt. benedixit Eſaias dño. Eſa. ix. Multiplicaſ/ti gentẽ ſed non magnificaſti leticiã ¶ Et nota ſt hac ſententia ſm Gregoriũ duo penſare de/bemus. Primũ eſt vt de ſe quiſq3 minime pſu/mat. Quia et ſi iã ad fidem vocat⁹ eſt. vtrũ ad regnum eligend⁹ ſit neſcit. Secundũ eſt vt vn⁹/quiſq3 proximũ ſuũ quẽ iacere in vicijs cõſpicit. deſperare nõ audeat. q2 diuine miſericordie di/uitias ignorat.

¶ Sermo de eadem dominica CXXXVI

Simile eſt regnum celorum homini patrifamili/as. qui exijt primo mane cõ/ducere operarios in vineam ſuam. A. Uerba iſta ſpiritualiter exponẽ/do dicere poſſumus q per regnũ celoꝝ intelli/gitur in hoc loco fidelis anima que ad ſimilitu/dinem patriſfamilias preeſſe habet familie i re/gno anime. Hec horis diſtinctis ſm correſpon/dentiã ſex etatum ſpiritualiũ. nõ annis ſed pro/fectibus diſtinctaꝝ egredit. nõ paſſib⁹ corpora/libus ſ3 pfectib⁹ ſpũalibus. Exit aũt conducere operarios in vineaz ſuã. Uinea aĩe eſt ipſa mens diuinoꝝ chariſmatũ fruge fecunda. que vt pro/ducat vinũ ꝯtemplatiõis & dulcedinis interne. diligẽter eſt colẽda p operarios. i. p ſenſus interio/res & exteriores & vires aĩe vniuerſaliter omnes quas tũc aĩa velut ad opandũ cõducit. qñ ppo/ſita ſibi ſpe mercedis eterne eas ad opationũ ſu/arum exerciciũ incitat & inducit. Et ſm hũc ſen/ſum in verbis pmiſſis tria denotant. Primũ ẽ fidelis anime indita cõdicio generoſa. Secũdũ eſt ipſius in ſpũalibus pfectib⁹ pucectio gratio/ſa. Tertiũ eſt vniuerſarũ viriũ anime in ſuas opationes ꝯcitatio ſeu incitatio fructuoſa. Pri/mum innuit in regni celorũ myſtica aſſimilati/one cũ pmiũt. Simile eſt regnũ celorũ homi/ni patrifamilias. Secundũ notat in horaꝝ di/ſtincta deſcriptiõe cũ dicit. primo mane. De/inde circa horã tertiã ſextã nonã & vndecimam. Tertiũ ſignat in operarioꝝ in vineã typica ꝯducti/one cũ ſubiũgit. Exijt ꝯducere operarios i vineã ſuã. Quantũ ad primũ eſt ſciendũ. q nobi/liſſima ꝯdicio aĩe attendit in h q ipſa dr regnũ celoꝝ p qñto eſt capax dei q eã inhabitat velut i regno ſuo. ac per hoc dicta eſt celũ. Cur enĩ nõ agnoſcamus eos celos qui facti ſunt ſedes dei. Iuxta iſtud. Aĩa iuſti eſt ſedes ſapiẽtie. Et hec ſedes eſt in celo vel ipſuz celũ. Pſal. Dñs i celo parauit ſedẽ ſuã. Et non ſolum anima iuſti dicta eſt celum. imo etiã dicit regnũ celorũ pro quan/to in ipſa ipſe deus rex regum regnat & regit ani/mam et omnem creaturam. Unde eſt illud Lu/ce. xvij. Regnum dei intra vos eſt. De quo pro/ſequere. vt habes infra in ſermone. Querite

primum regnũ dei. secũdo membro primi prin/
cipalis dominica .xiiij. post pẽtecosten B

Quantũ ad secundum est sciendũ q in istis
quinqz horis hic descriptis signãtur quiqz eta/
tes. presupposita prima etate scz infantili que per
horam pcedentẽ mane ante ortũ solis intelligit.
Qua connumerata erunt sex etates spirituales.
sm sex horas accepte. Quibus sex etatibus sm
Augustinũ in libro de vera religione distinctis
successibus seu prouectibꝰ gratiaz fidelis aĩa
prouehitũ ad perfectũ. Sicut enĩz exterior homo
vetus ⁊ terrestris habet suas etates successibus
temporũ distinctas. sic interior homo nouus ⁊
celestis habet etates quasdaz spirituales. nõ an/
norum successibus sed gratiarũ profectibus di/
stinctas. Distinguit autẽ nouus homo a vetere
sm Augustinũ ibidẽ in tribus. Primo in eo. q
finis veteris hominis mors est. Unde omnes
etates eius tendũt ad mortẽ. Finis autem noui
hominis est vita eterna. Secũdo quia vetꝰ ho
mo est peccati. sed nouꝰ est iusticie. Tertio q ve
terez hominẽ in hac vita quis potest agere sine
nouo. nouũ vero nemo agere potest in hac vita
nisi cum vetere. Nã ⁊ cũ ab ipso incipiat necesse
est vt vsqz ad visibilẽ mortẽ cum illo. quãuis eo
deficiente se proficiente. perduret. Unde etiã nõ
nulli huiusmodi hominez qui vetus exterior et
terrenus describitur totũ agunt ab istiꝰ vite or/
tu vsqz ad occasum. Nonnulli autẽ vitam istã
necessario ab illa incipiunt. sed renascunt inter/
ius. Et tunc talis homo dicit nouus homo inte/
rior et celestis habens ipse spirituales etates su/
as. ℭ Prima etas exterioris hominis est
infantia que nutrimẽtis corporalibus agit sm
Augustinũ. Et sm hanc accipit pma etas spiri/
tualis qua homo interior pmitus de vberibus
matris ecclesie lacte. id est. rudimentis fidei ⁊ do
ctrina simplici nutrit historijs et exẽplis. Qua/
les fuerunt illi quibꝰ dicebat apostolus Hebre
orũ. v. Facti estis qbus lacte opus sit. non solido
cibo. Et hoc respicit incipiẽtes qui sunt in hac p
ma etate. qbus conuenit vt tanqz pueri et tene/
res. tam in doctrina qz in vita simplicꝰ ⁊ lactꝰ
imbuãtur donec paulatim p etates succedẽtes
crescant. Iuxta illud .j. Petri .ij. Sicut modo ge/
niti infantes rationabiles et sine dolo lac cõcu/
piscite vt in eo crescatis in salutẽ. Est ergo istis
in prima etate cõstitutis lac simplicis doctrine
ministrandũ. prout fecit apostolꝰ loquens tali/
bus .j. Corinth. iij. Tanqz paruulis lac dedi vob
potum nõ escam. Quod est cõtra predicantes
subtilia hominibꝰ rudibus et indoctis. q escam
sublimis doctrine nec masticare nec deglutire
preualent. Et ideo potius exhibendũ esset eis lac
in potum. Nã sicut grossus cibus infantibꝰ ex/
hibitus eos non nutrit. cũ nec eum percipe pos/
sint. sed plerũqz eos propter faucium teneritudi/
nem strãgulat ⁊ suffocat. Sic subtilis et alta do
ctrina rudes non edificat. sed plerũqz eos i erro/
rem mittit. Talia enim subtilia predicãda sunt
iam prouectis ⁊ pfectis dicente apostolo Heb.
v. Perfectorũ est solidus cibus. eorũ qui pro ip
sa consuetudine exercitatos habẽt sensus Et alu
bi. Sapientiã loquimur inter perfectos. Unde
reprehẽsibiles sunt etiam doctores talibꝰ rudibus
sublimia predicantes. qz auditores hoc experien
tes. Unde Augustinꝰ in quodã sermone ad he
remitas dicit sic. Scriptũ est fratres charissimi
q non debemus loqui sublimia tãqz sapientes
mundi gloriãtes. Hoc autẽ verbuz maxime ad
vos dirigitur qui rusticani estis in siluis habi/
tãtes. licet ciues sanctorũ et domesticos dei nul
latenꝰ vos esse dubitare debeatis. Et subdit Ue
niant ergo qui vltra qz necesse est scire volentes
quos sanctus ille Salomon reprehẽdit dicens
Altiora te ne quesieris. et fortiora te ne scruteris
Surgat etiã Paulus columna et lumen orbis
terre et sua voce confundat philosophantes no
men christi portãtes. volẽtes sapere plꝰ qz opor
tet. Non tamen dico fratres mei q omnino nõ
queratis. sed questiones in diuinis vos q grос/
sis estis multiplicare loqui non debetis. Queri/
teratis vos qui spirituales estis. quomõ prece/
pta dei seruare possitis. quomodo diabolũz in
heremo superare possitis. quomodo patientiã
quã christus docuit amplecti possitis. Hec enĩz
seruus dei semper legere et implere debet. Hec
Augustinus. Istis etiã in prima etate conuenit
lac simplicioris et laxioris vite. Non enĩ repen/
te ad culmen summe pfectionis conscendit. sed
paulatim profectibꝰ posteriora obliuiscẽtes ad
anteriora nos extendere debemꝰ cum apostolo
Philip. iij. Unde etiã in primitiua ecclesia ne/
uiter ex gẽtibus ad fidẽ cõuersis. ab apostolis la/
xiores obseruantie permittebant pro ipsis fidei
rudimentis et inueterata gentilitatis consuetu/
dine. et nihil amplius ab ipsis expetebant. nisi
vt ab immolaticijs idolorũz et fornicatione ac suf
focatis et sanguine abstinerẽt. vt dicit Iohãnes
Cass. Similiter etiam in religionibus nouicijs
nonnunqz rigoris frena laxantur. B Se/
cunda etas hominis exterioris est puericia vn/
de incipimus aliquid meminisse sm Augusti/
nũ. Et sm huius similitudinẽ describit Augu/
stinus in hoĩe interiore secundã etatẽ spũalez. q
reddit aĩam iã obliuiscentẽ hũana et ad diuina

tendere. In qua nõ auctoritatis huãne tẽdit sinu
sed ad summã et incõmutabilẽ legẽ passibus ra/
tionis inniti. Hec itaq3 etas spiritualis respicit
profitẽtes. quoR quilibet habet dicere cu3 apo/
stolo illud Phil. iij. Que retro sunt obliuiscens
ad ea que priora sunt extendens meipsum. Ubi
fm glosam p ea que retro sunt vno modo intel/
liguntur terrena et tpalia. p priora vero celestia
et eterna. Alio modo p ea que retro sunt intelli/
guntur p̃terita merita acta. per priora vero acq̃/
renda et agenda. In p̃ma igit̃ etate homo interi
or nõ potuit obliuisci terrena. quia tota circa for/
mas visibiles versabat̃. nec obliuisci potuit p̃te/
ritorũ meritorũ. Tũ quia nulla merita in prete/
rito habuit. cũ adhuc p̃mo inceperit. Tũ q2 nec
meminisse nec obliuisci dicta potuit ad modũ in
fantis. In hac autẽ secũda etate homo interior
iã fit obliuiscẽs terrena tendẽs ad celestia. Item
obliuiscẽs merita p̃terita p nullo ea reputãs in
cõparatione acq̃rendoR. ad que se extẽdit p inten/
tionẽ et desideriũ. vt semp p̃ficiat in melius. Ut/
taenim christiani boni fm desideriũ est vt dic̃ glo/
sa. Et ponit exemplũ. Sicut enĩ si velles imple/
re aliquẽ sinũ et nosti q3 magnũ est q̃d dabit̃. ex/
tendis et extendẽdo facies capaciorẽ. Sic deus
differẽdo rẽ extendit desideriũ. desiderãdo exten
dit sinũ. extendẽdo facit capacẽ. Desideremus er
go quia implendi sumus. Hec est vita nostra vt
desiderãdo exerceamur. Tantũ aũt nos exercet
sanctũ desideriũ quãtũ desideria nostra ampu
tauerimus ab amore seculi. Et hoc est q̃d dic̃ apo
stolus. Que retro sunt obliuiscens. Hec glosa.
Alio modo fm intẽtionẽ Aug. vbi supra. Per
ea que retro sũt intelligunt̃ ea q̃ humane legis li
gunt̃. qualia sunt ista sensibilia circa q̃ aĩal' hõ
occupat̃. q̃ nõ papit que dei sunt fm apostoluz
Per p̃ora intelligunt̃ ea q̃ incõmutabili lege re
gunt̃. ¶ De hac lege tria dicit Augus. Pri
mo q hec lex nõ est mẽs humana sed ẽ supra mẽ
tem nostrã. Mẽs enĩ nostra mutabilitati subie
cta est. q2 errorẽ pati põt. Et tñ cõcessum est talẽ
legẽ videre posse. eo q facta sit ad imaginẽ et simi
litudinẽ dei. Secũdo q hec lex. vitas dr̃. et est ipse
deus apud quẽ nõ est trãsmutatio. vbi est prima
vita. p̃ma essentia. p̃ma sapiẽ. Tertio q hec lex ẽ
lex et regula omniũ artiũ et ars omnipotẽtis ar/
tificis fm quã oĩs aĩa rõnalis iudicat quicquid
recte iudicat. imo et ipse deus pater p ipsam s3 nõ
de ipsa. nõ enĩ minus est q̃ ipse. Hinc dicit apl's
ad Corinth. ij. Spũalis hõ iudicat oĩa et ipse a
nemine iudicat̃. a nullo hoĩe. s3 a sola ipsa lege
fm quã iudicat oĩa. Est aũt spũalis q̃ exuto ve/
teri et animali hoĩe trãsit iã a p̃ma etate ad hanc
secundã etatẽ puenit a visibilibus ad inuisibilia. et
a temporalibus ad eterna cõscendẽs. Et hic de spi
ritualis fm glosam sciẽtia et vita. Sciẽtia q̃dez
spũalis est qui se ex pte et p speculũ videt. tamen
de deo fm imagines corpoR vel legis lr̃a3 vt hu/
manã p̃hiam nõ sapit. sed spiritui dei subiectus
certissime ac fideliter fm legẽ incõmutabilem iu
dicat oĩa. id est intelligit et discernit. Oĩa q̃dem
nõ que cõtinet diuina sciẽtia. sed que ad iustici/
am et vitã sufficiũt. Uita autẽ spũalis est q̃ spiri/
tum dei habẽs rectorez. eius ductu viuit. Hic ho/
mo spũalis vt dicit Augustinus omnia iudicat.
quia sup omĩa est quãdo cũ deo est. Cũ illo aũt
est quando purissime intelligit et tota charitate
q̃d intelligit diligit. Ita etiã quantũ potest lex ip
sa etiã ipse fit fm quã iudicat omĩa. Unde tibus
fm Augustinũ dr̃ illud ps. Uacate et videte q̃m
am ego sum deus. Uacate inquã nõ ocio desidie
sed ocio cogitatiõis vt a locis et tpibus vacens.

¶ Tertia etas hoĩs exterioris est adolescẽ
tia cui iam ppagationẽ plus natura p̃mittit fm
Augustinũ. Ad cuius similitudinẽ Augustinus
describit tertiã etatẽ spũalem que reddit animã
fidentiorẽ et carnalẽ appetitũ rõnis robore mari
tantem. gaudentẽq3 intrinsecus in quadã dulce/
dine cõiugali. cũ anima mẽti copulat̃. et velamẽ
to pudoris obruit̃. vt iam recte viuere nõ cogat̃.
sed etiã si omẽs cõcedant peccare nõ libeat. Hec
Augustinus. In hac siquidẽ etate que nõ nisi pfe
ctis cõpetit sicut et alie sequentes. ratio inferior
maritatur portioni supiori. Ex quo gaudioso et
dulci cõiugio sensualitas ita subijcit̃ rationi. q
ei ad arbitriũ dominabit̃ in repmendo inclina/
tiones viciosas et propagãdo actus virtuosos.
Quod exinde cõtingit fm Augustinũ. Eo enĩz
q rationalis anima seruit suo creatori a quo et
p quẽ et ad quẽ facta est. cuncta creata ei seruiẽt
Hinc est q nulla creatura talem animã allicere
poterit ad peccãdũ. In qualiũ psonis dicit apo
stolus Roma. viij. Certus sum q neq3 mors. ne/
q3 vita &c. neq3 creatura alia poterit nos separa/
re a charitate dei que est in christo iesu. Imo eti/
am propriũ corpus in hac etate reformatur et
sanctificatur. ita q spiritus de illo nullam senti/
ens molestiam. cum dei adiutorio ei sine onere
difficultatis imperabit. Et inde est q talem ani/
mã peccare nõ solum nõ libebit. sed etiã pigebit
imo penale sibi erit. Ad hanc etatem peruene/
rat Augustinus cum dicebat. viij. confessionũ.
Mihi displicebat quicquid agebam in seculo.
et oneri mihi erat valde. pre dulcedine tua. Et
in quadã oratione ad beatã virginẽ idem Au/
gustinus. Gustem inquit dñ'a q3 dulce sit vicijs

non seruire qui in memetipso didici q̃z amaruz sit expertũ esse vicia ⁊ velle vicijs experiri. G

Quarta etas est iuuẽtus publicis iã exercẽdis muneribꝰ .i. officijs in amministrãda republica ⁊ domãda sub legibꝰ. q̃ atrociores impetꝰ libidinis gignit. vt dicit Augꝰ. Scđm cuiꝰ similitudinẽ Augꝰ quartã etatẽ spũalẽ ĩterioris hominis describit. q̃ reddit aĩam iã ad ipsum multo firmiꝰ ordinatiusq̃z facientẽ ⁊ emicantẽ in virum pfectũ. atq̃z aptã ⁊ idoneã omnibꝰ psecutionibus ⁊ mũdi huiꝰ tempestatibꝰ ac fluctibus sustinẽdis atq̃z frãgendis. Hec Augꝰ. Veralĩ hoĩe in hac etate ↄstituto Augꝰ subiũgit plures pfectiões. Prima q̃ talis hõ verissime ⁊ pfectissime est iusticiaꝰ. q̃ cohereʒ deo. nõ vt ab eo aliq̃d boni extra mereat. ſʒ q̃ hoc ipsuz q̃ est herere deo bonũ est. Et ideo de oĩbꝰ exteriꝰ pturbãtibus nihil curat. Secũda q̃ talis oĩbꝰ hominibus recte vtit. Vñ dicit hic vir q̃zdiu est in hac vita vtitur amico ad repẽdendã grãm. vtit inimico ad patientiã. vtit q̃bus põt ad beneficentiã. vtit omibꝰ ad beniuolentiã. Tertia q̃ talis hõ nõ plus diligit familiares q̃z alios. Quarta q̃ talis nõ affligitur morte cuiusq̃ q̃z. quoniã q̃ toto aĩo deum diligit nouit nec sibi perire q̃d deo nõ perit. q̃ dñs est viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. Quinta q̃ talis nullis laboribꝰ nec alicuius psecutionibꝰ frangit. Quid enĩ ei nocebit q̃ bene vti etiã iam inimico potest. Eius enĩ pſidio atq̃z munimẽto inimicicias nõ pertimescat cuius pcepto ⁊ dono diligit inimicos. Sexta q̃ talis gaudet ĩ tribulationibꝰ. Vñ dic. Hinc viro in tribulationibꝰ parẽ est nõ ↄtristari. nisi etiã gaudeat sciẽs q̃ tribulatio patientiaz operatur: patiẽtia pbationẽ. pbatio spem. spes autem nõ cõfundit. quoniã charitas dei diffusa ẽ in cordibꝰ vestris p spũm sanctũ q̃ datus est vobis. Septima q̃ talis pficit tã in psperis q̃z ĩ aduersis. Cũ enĩ mutabiliũ bonoꝝ adest copia. nõ eis cõfidit fm̃ illud ps. Diuitie si affluãt nolite cor apponere. Cũ vero subtrahunt cognoscat virũ eũ nõ ceperint. Plerũq̃z enĩ cũ assunt nobis putamꝰ q̃ ea nõ diligamꝰ. Sʒ cũ abesse ceperint inuenimus q̃ sumꝰ. hoc enim sine amore nostro aderat q̃d sine dolore discedit. H Quinta etas hoĩs exterioris est senectꝰ. In qua fm̃ Augustinũ post labores iuuẽtutis pax nõnulla cõcedit. Et fm̃ hãc Augꝰ describit q̃ntã etatẽ spũalem hoĩs interioris. q̃ aĩam reddit pacatã atq̃z omni ex pte trãquillã. viuentẽ in opibꝰ ⁊ abundantia incõmutabilis regni summeq̃z ⁊ ineffabilꝭ sapiẽtie. Hec Augꝰ. In hac enĩ etate aĩa rõnalis a volubilitate fantasmatũ ⁊ a turba omniũ sensibiliũ pacata reddit et trãquilla. Et incipit spũs regnare sup omẽs vires aĩe. et ipse spũs pfectissime deo subijcit. in tantũ vt oĩa in tali aĩma ita ordinata sint vt ipsamet fiat regnũ dĩ. vt supra ĩ pmo pncipali. Et nũc ĩ tali abũdãtia regni. q̃d incõmutabile dicit. eo q̃ abstrahat a loco ⁊ tẽpore anima viuere incipit in opibus sapiẽtie. cõtemplando ⁊ sapiẽdo diuina ⁊ ibi anima audit verbum eternũ. vt ait Augustinꝰ .ix. confessi. ca .x. Nõ per linguã carnis neq̃z p vocẽ angeli. nec p sonitũ nubis. nec p enigma similitudinis. sed ipsum quẽ in his sc̃ʒ rebꝰ creatis amamꝰ ipsum sine his audiamꝰ. Ad hanc etatẽ nõ puenit nisi ĩ contẽplatione ⁊ raptu. loq̃ndo de raptu nõ put dicit quandã eleuationẽ vel tractũ ad nudã visionẽ diuine essẽtie qualis fuit raptus moysi ⁊ pauli fm̃ Aug. sed prout dicit quendam tractum et eleuationẽ mẽtis ad illud q̃d est supra facultatẽ suã. put cõtemplãdo aliq̃d cognoscit de deo abstractꝰ a sensibus ⁊ ab omni imaginatione sensibili ⁊ intelligibili specie ⁊ p excessum omnium intelligibiliũ. In quo etiã excessu aĩa trahitur ad quandã insuetatã dulcedinẽ affectꝰ intellectui prorsus inexplicabilẽ cũ fundetur super infinitate bonitatis ⁊ dulcedinis diuine. Et ad hunc excessum rapꝰ fuit Augustinꝰ cũ matre sua. cũ colloquerẽtur valde dulciter cum starẽt incũbentes ad quandã fenestrã. vt patet .ix. confessionũ. I Sexta etas hoĩs exterioris ẽ senectus. que morbꝰ subiectior. decolor. debilis q̃ ad mortẽ producit. vt dicit Augustinus. Et fm̃ hanc Augustinꝰ describit sextã etatẽ spũalẽ hominis interioris quã dicit oĩmode demutationis in vitã eternã ⁊ vsq̃z ad totã obliuionez vite temꝑalis transeuntẽ in perfectã formã que facta est ad imaginez ⁊ similitudinẽ dei. Hec Augustinus. In hac enĩ vltima etate datur ꝑgustatio vite eterne ⁊ parumpẽlio quedã. imo totalꝭ obliuio vite temꝑalis. Ad hãc etiã etatẽ puenerat beatus Augustinꝰ cũ matre sua. postq̃z prefatam quintaz etatẽ spiritualẽ parũper transegerent vt dictuz est. Et tũc ibidẽ rapiebantꝰ ad hãc sextam etatẽ. De qua Augustinꝰ ibidẽ .ix. cõfes. subdit dicens: Sic nũc extendimus nos ⁊ rapida cogitatione attingimꝰ eternã sapientiaz sup omnia manentẽ. si continuet hoc ⁊ abstrahantur alie visiones longe imparis generis. ⁊ hec vna rapiat et absorbeat ⁊ recõdat ĩ iteriora gaudia spectatorez suũ. vt talis sit sempiterna vita quale fuit hoc momentũ intelligentie cui suspirauimus. Nonne hoc est intra in gaudiuz domini tui. Q̃ autem dulcedinem que in hac etate datur anime idem Augustinꝰ plures expertus fuerit. aperit .x. confes. vbi dicit. Aliq̃n intromittis

me in affectũ multum inusitatũ ad nescio quaz dulcedinẽ que si perficiatur in me nescio quid erit qd̓ ista vita nõ erit. In hac eciã etate sm augustinũ aĩa trãsit in pfectã formã q̄ facta est ad imaginẽ ⁊ silitudinẽ dei, p quãto imago creata trãsformat in pfectã conformitatẽ imaginis increate sm quã facta est. Iuxta illud. ij. Cor. iij. Nos reuelata facie gliam dñi speculãtes in eandem imaginẽ trãsformamur a claritate in claritatẽ. i. claritate imaginis create in claritatẽ imaginis increate. Qd̓ nobis concedat q̄ est bñdict⁹ in secula.

¶ Expositio euãgelij dominice in sexagesima. .CXXXVII.

suā morte nos a nostra liberauit. Et hanc rōnē assignat Greg. ¶ Secūda est. vt cautos nos faceret. ne scz aliqs quātūcūqz sanctus psumat de se quasi de temptationibus sit immunis. Ideo christus voluit post baptismū et accepto spūscō temptari. vt ostēderet q sanctificatis maior pugna incūbit. Hanc rōnē assignat Hylarius sup Mat. ¶ Tertia vt nobis exemplū pugnādi daret. et vt eēt mediator. nō solū p adiutoriū sz etiā p exemplū. Hāc rōnē tangit Aug⁹. iiij. de trinitate. ¶ Quarta est vt nemo turbet de temptationibus pter spem irruētibus. dū etiā christū videt temptari. Et hec ratio ē Chryso. ¶ Quinta ē vt ipse vincēdo diaboli virtutē et audaciā reciperet. ¶ Sexta vt nobis de sua mīa spem faceret. Quia hō temptatus facil⁹ miseret et cōpatitur tēptatis. Hāc rōnē tangit aplus Hebr. iiij. c. Nō habemus pontificē qui nō possit cōpati infirmitatibus nostris. tēptatū p omnia p similitudine absqz peccato. Et subdit. Adeam⁹ ergo cū fiducia ad thronū grē eius vt misericordiā cōsequimur et grām inueniamus in auxilio oportuno ·F· Est aūt sciendū q cū sm Gre. tēptatō tribus modis agat. scz suggestione. delectatione. et psensu. christ⁹ p suggestionē tēptari potuit. suggestionē inquā extrinsecā que est a mūdo et a diabolo. sed nō p suggestionē intrinsecam que est a carne. q: caro nō alliciebat eū ad aliqd inordinatū. Per delectationē aūt et ɔsensū nullo modo ipius mēs potuit inqnari. Sola extrinseca suggestio nō est peccatū. Delectatio vero sola peccatū est veniale. Sed cōsensus etiā in ipsaz delectationē peccatū mortale est sm Aug. Igit quia christ⁹ nullo mō peccare potuit. ideo tēptatio qua ipe temptatus est. pmo mō intelligēda est. nō autē alijs duobus modis. Et hoc est qd dicit Gre. q ois illa diabolica tēptatio christi foris non intus fuit. ·G· Tertio euangelista ponit tertiā occasionē tēptatiōis scz ieiuniū. c. [Et cū ieiunasset] Ubi de ieiunio implicat tria. ex quibus diabolus sūpsit occasionē eū tēptandi. Primo dicit q ieiunauit. Si enī ex quolibz bono opere nostro diabolus contra nos puocatur ad pugnā vt dictū ē. et ieiuniū inter bona opera magnū reputat. patet q p hoc q: christ⁹ ieiunauit diabolū cōtra se puocauit. Scdo dicit q ieiunauit. xl. diebus et. xl. noctib⁹. qd hoīm natura nō recapit. p qd ōndit se esse filiū dei. Et hoc expiri semp cupiebat diabolus. Et ppter hoc eum temptauit. Unde dicebat [Si filius dei es etc.] Et si dicat q moyses et helyas tātūdē ieiunauerunt q tn̄ erant puri homines. hoc soluit Chrys. dicēs. q illi ieiunantes esuriē sustinebāt christ⁹ vero illo toto tpe nō esuriit. Item illi alteri⁹ virtute sustentabant. christ⁹ vero ppria. Moyses enī ieiunauit angelico alloquio cōfortat⁹ Exo. xxxiiij. Helyas etiā in fortitudine cibi angeli ambulauit p. xl. dies vsqz ad montē dei oreb. dū fugeret a facie Jezabel. iij. Reg. xix. Jesus vō nullū solaciū habuit exterius neqz sermonem angeli neqz cibum. sed habet intus qui sustinet ne deficiat p humanā fragilitatem. Tertio dicit q postea esuriit. et p h diabol⁹ etiā ad temptandū eū cōcitabat. Quia sicut dicit Chryso. Sciebat dñs cogitationē diaboli. quia volebat eum temptare. Audierat enī q christus natus esset in hoc mūdo. angelis pdicantibus. pastorib⁹ referentibus. magis querētib⁹. et Johe ōndēte. Un dominus pcessit cōtra eū nō quasi homo nec quasi deus. sed magis quasi de⁹ et hō. Nā p. xl. dies nō esurire nō erat hois. Aliqn̄ aūt esurire non erat dei. Unde si nec postea esurisset diaboli spes tēptandi extincta fuisset. et sic christi victoria impedita fuisset. Si ei ille nō certasset. nō iste vicisset ·H· ¶ Querit quare christus ieiunauit. Dicēdū q ppter quattuor rōnes ¶ Prima ppter peccati nostri remediū. Dixerat enim in psona sua pphēta in ps. lxviij. Opprobria exprobrantiū tibi ceciderūt sup me. Et operui in ieiunio animā meā. Un leo papa. Ieiunauit christus qui peccatū nō habebat. et tu christiane nō vis ieiunare qui peccas. ¶ Secūda vt nobis ieiuniū ɔsecraret. Sicut enī baptizatus fuit. nō vt baptismus eū mūdaret sed vt ipe nobis baptismū consecraret. sic hic ¶ Tertia vt aduersus tēptatiōes exēplum ieiunādi nobis daret. Quia vt dicit Basili⁹ volēti tēptationū pugnas supare. sobrietas necessaria est. Exinde forte est. q quia in quadragesima ieiunantes cōtra diabolum certamē assumim⁹. iō p totū tps illud in officio versiculis vtimur de ps. Qui habitat. In qb⁹ oramus a laqueis diaboli liberari. Verbi grā. Ipe liberauit me etc. Scapulis suis. Item. Scuto circūdabit te. Itē angelis suis etc. ¶ Quarta ppter ieiunij pconiū. Ieiunauerūt enim tres magni viri. Unus in monte vt moyses Exo. xxxiiij. Alter in itinere vt helyas. iij. Reg. xix. Tertius in deserto vt christ⁹. Prim⁹ accepit legē. Secund⁹ puenit ad dei reuelatiōez. Terti⁹ deuicit hostez Mat. xvij. Hoc genus demonioꝝ nō eijcit nisi i orōe et ieiunio. ¶ Quinta rō pōt eē q̄ tacta est supra vt diabolū ad temptādū puocaret. Un dic glo. Ieiunat vt tēptet. tēptat q: ieiunat. ·I· ¶ Ulteri⁹ querit qre tāto tpe scz. xl. dieb⁹ et. xl. noctib⁹ ieiunauit. Ad qd rñdet sm Chrys. et Gre. vt suo ieiunio nostrū qdragesimale istitueret. Et tūc querit

quare sub illo numero nostrū ieiuniū instituit
⁊ sic redit primum quesitum. Assignatur autē multi/
plex ratio vtriusq₃ quesiti. ¶ Prima est vt my/
sterium quadragenarij numeri insinuaret qui ē
numerus remissiōis culpe. qđ patet. Quia ex suis
partibus aliquis simul sūptis redit numer⁹ quin/
quagenari⁹ q̄ est ann⁹ iubileus. Et hāc rōnem
assignat Aug⁹. in libro. lxxxiij. questionū. Itē q̄a
tot annis dn̄s duxit filios israel p desertū ad ter
ram promissionis. Nume. xiiij. Itē tot mēsib⁹ chri
st⁹ mūdo publice p̄dicauit. Itē tot septimanis
christ⁹ in vtero virginis mālit. Item tot diebus
moyses et helyas ieiunauerūt. Itē tot horas do/
min⁹ iacuit in sepulcro. licet Aug⁹. iiij. de trini/
tate cōputet tantū. xxxvi. horas. Sed ipse incipit
cōputare ab hora sepulture. nos autē cōputam⁹
ab hora mortis ¶ Secūda rō est vt intelligam⁹
legē et pphetas nō discrepare ab euāgelio. Nā
in lege ⁊ in pphetis cōsecratū fuit tantorū dierū
ieiuniū. ergo etiā debuit cōsecrari in euangelio.
In moyse lex. in helya pphete. in christo euāge/
lium intelligunt. Hanc rōnem tangit leo papa.
¶ Tertia ratio est sm̄ Greg. quia precepta de/
calogi in quattuor euangelijs continent. Unde
nos delinquētes cōtra p̄cepta euāgelica. quater
decies. hoc est. xl. dies culpas que cōtra legem ⁊
euāgeliū cōmisim⁹ ieiunādo punire debem⁹.
¶ Quarta rō est sm̄ eundē. quia in hoc morta/
li corpore ex quattuor elementis subsistim⁹. ex
quorū vnoquoq₃ cōtra decem p̄cepta delinqui
mus. iō rōnabiliter ipm̄ corp⁹ nostrū quater de/
cies affligimus. ¶ Quinta rō est sm̄ eundem
Gre. quia sic ex lege iubemur offerre decīas alia
rum rerū. ita offerre debem⁹ decimas dierū⁹ an/
ni. Decima autē ps anni est tps illud ⁊ modicū
plus. decīa enī dierū anni q̄ sūt. ccclxv. dies ē. xxx
vi. dies. Et ne quattuor dies remaneāt in decia/
tia addit vn⁹ dies. quia min⁹ dari nō posset pro
decima. Tres vero dies adiungunt vt sint qua
draginta p̄ p̄mitijs ad que sunt ieiunia quattu/
or tpm anni. In quolibet tres dies. Iō ergo tan/
tum tps ieiunamus vt oim̄ dierū decimā sil' ⁊ p̄
mitias deo offeram⁹ ¶ Sexta rō sm̄ Amb. q̄a
.xl. diebus aque diluuij inundauerūt Gen. vij.
p quas peccatores exterminati fuerūt. Et exinde
illuxit celi serenitas. Sic sacro isto ieiunij tēpo/
re peccata abolent ⁊ refulget diuina clementia.
.lR. Itē querit quare addit q̄draginta nocti
bus cū dies naturalis cōprehendat i se noctem.
Ad h dicendū q̄ntū ad lrām Q. h addit ne i no
cte comedisse putet vt dicit glo. Quātū autē ad
spūalem intellectū. vt indicet q̄ siue hic p̄spera
blandiant qđ ad dies ptinet. siue aduersa feriāt
qđ ad noctes referi. sep fideles debēt abstinere
ab illicitis et eē muniti p̄ aduersariū q̄ nūq₃ ces/
sat temptando eos impugnare. ¶ Nota q̄ vi/
ta claustraliū tota debet eē in penitētia. Sed q̄/
dam sūt. xl. diebus s₃ nō. xl. noctib⁹ qui lic₃ dieb⁹
morant in claustro. ⁊ noctib⁹ vagant ad prauita/
tates suas. Item quidē manent in religione tpe
p̄speritatis quod est de die. et discedunt tpe ad/
uersitatis qđ est de nocte. .A. Itē₃ queritur
quare nō vltra pcessit dn̄s ieiunando q₃ Moy
ses et Helyas. Ad hoc rn̄det Chryso. ne incredi/
bilis videret carnis assūptio. Sed est attēdendū
sm̄ Gre. q̄ licet toto illo tpe nec de die nec de no
cte comederit. nos tn̄ fragiles ipm̄ imitari nō d̄
bem⁹. sed singulis diebus semel sumendo cibū
ieiunemus. Iste vero defectus q̄ cōtinuatis di/
ebus et noctib⁹ ieiunādo ipm̄ imitari non pos/
sumus supplet p hoc q̄ nos singulis annis istō
tps ieiunij obseruam⁹. cū tn̄ christ⁹ vna tantū
vice hoc seruauerit. ¶ Sciēdū etiā sm̄ Aug. i
sermone de quadragesima. q̄ licet christus statī
post acceptum baptisma cepit hoc ieiuniū. non
tn̄ credendū est eū nobis p hoc regulā obseruā
tionis dedisse vt nos statim post epiphaniam
q̄dragesimā incipiamus. Sed appropinquāte tpe
pascali. qn̄ acriori luctamine cū tēptatore confli/
git. tūc ieiunandum ē. vt corp⁹ impediat de ca/
stigatione malicia. ⁊ anim⁹ impetret de humili/
tate victoriā. Dicit etiā Magister in historia.
q̄ p⁹ epiph. nō statim ieiunat ecclia. s₃ circiter p⁹
.xl. dies. q̄ in p̄o tpe ieiuniū suū ieiunij domīca cō
secratū significās .M. Et nota q̄ ē triplex
ieiuniū. Quoddā est ieiuniū merons ⁊ pnie. vt fu/
it ieiunium niniuitarū Jone. iij. Aliud sobrieta
tis et abstinentie. vt fuit ieiuniū danielis et soci/
orū ei⁹ Dan. j. Tertiū est gaudij ⁊ exhilarationis
dū motib⁹ carnalib⁹ sedatis. ex nimia cōtēplati
one et desiderio vite future comedere obliuisca/
mur. Unde Mat. ix. Ueniet tps cū auferet ab
eis sponsus ⁊ tūc ieiunabūt. Primū signat ieiu
niū moysi. Scđm helye. Tertiū christi. Primū
est penitentiū. Scđm actiuoꝝ. Tertiū cōtēpla/
tiuorū. ¶ Aduertendū etiā q̄ dn̄s cum i statu
mortali exn̄s cibo indigeret. xl. diebus ieiunauit
Sed post resurrectionē dū cibo non indigeret
alijs. xl. dieb⁹ apparēs discipulis cum eis come/
dit. In p̄mis quadraginta diebus docens nos
quid in agone temptationis facere debeam⁹ In
alijs q̄draginta dieb⁹ p̄mōstrās q̄lit ipe legitie
certātib⁹ ⁊ a seculi vanitate ieiunātib⁹ se exhibe
re dignat cū eis comedendo. i. in eorū mēb⁹ de
lectādo. .N. Itē circa hoc q̄ dr̄ [postea esu/
rijt] Querit qualit esurierit. an eodē mō q̄ moy

ses ꝛ belyas. Ad qḋ dicit Chryso. Q illi ieiunan-tes esuriebāt et sustinebāt. Iste aūt .xl. dieb⁹ non esuriit. qḋ erat diuinitatis. Postea vero esuriit qḋ erat hūanitatis vt dictū ē. ¶ Sꝫ attēdēdum ſm Basiliū ꝙ christ⁹ passionē famis assūpsit. n̄ coact⁹ ad necessitatem. vtpote q̄ p̄est nature. sꝫ sponte famem assūpsit sicut ceteras passibilita-tes. ¶ Mystice aūt esuriit qꝛ salutē nostraꝫ de-siderauit. ¶ Moraliū quātū ad totū p̄cessuꝫ p̄-habitū ſm glo. hic est ordo recte cōuersatōis vt post acceptā sp̄ussancti grām. cōtra diabolum art⁹ accingamur. ꝛ mente seculū deserētes. vite eterne gaudia q̄i māna esuriam⁹ desertꝫ. Ibi fit temptatio quia nō ante hostis se erigit q̄ꝫ hō de mundo exiit.

¶ Secunda pars expositionis euange lij.

·CXLVII·

Et accedens tenta tor dixit ei. Si fili⁹ dei es. dic vt lapides isti panes fiāt. Qui respondens dixit. Scriptum est. Non in solo pane viuit homo. sed in omi ver bo quod procedit de ore dei. Tūc assū-psit eum diabolus in sanctam ciuitatē et statuit eum super pinnaculum tem-pli. et dixit ei. Si filius dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim. Quia an gelis suis mandauit de te. vt custodiāt te in oībus vijs tuis. et in manib⁹ tol-lent te. ne forte offendas ad lapidē pe-dem tuum. Ait illi iesus rursum. Scri-ptū est. Nō temptabis dominū deum tuū. Iterꝫ assumpsit eū diabol⁹ in mō-tem excelsum valde. et ostēdit ei oīa re gna mūdi et gloriā eoꝝ. et dixit hec oīa tibi dabo. si cadēs adoraueris me. tūc dixit ei iesus. Vade sathanas. Scriptū est eni. Dominū deū tuū adorabis. et illi soli seruies. ·A· Hec est secunda ps euāgelij in qua describit̄ qualit̄ t̄ptator est chri-stum aggressus. Ad cui⁹ euidentiā est sciendūꝫ Q tria sūt genera temptationū. scꝫ cōcupia car nis. cōcupia oculoꝝ q̄ ē rerū exterioꝝ. ꝛ sup̄bia vite q̄ ē vana glia de bonis opibus. Et ex his tri bus oīa alia mala p̄ueniūt. Vñ de his trib⁹ dia bolus temptauit christū sicut et p̄mū hominē ſm Greḡ. Et p̄mo de gula a qua concupia car-nis solet incipe. Et ip̄a est porta et initiū reliq̄ꝝ voluptatū. Quia satur venter luxuriā appetit ꝛ ceteras voluptates. Dicit ergo. Et accedens t̄ptator. Ubi nota ꝙ statim q̄n diabol⁹ audiuit voce patris dicentis. Hic est fili⁹ me⁹ dilectus. secut⁹ fuit christū in desertū ꝛ obseruauit .xl. die bus. qḋ ageret. nec audebat ad eū accedere. Sꝫ videns eū famē patiētē accessit. ꝛ forte antea nū q̄ꝫ accesserat ad eum temptādū p̄hibitus a deo Aliq̄ tn̄ dicūt sicut Beda et Mage. Q nō soluꝫ eū temptauit pacto ieiunio sed etiā infra illḋ tē pus quo ieiunauit. Q videt̄ colligi ex marco q̄ dicit. ꝙ erat in deserto .xl. diebus ꝛ .xl. noctibus ꝛ temptabat̄ a sathana. Ex quo trahit̄ ꝙ toto illo t̄pe temptabat̄ a sathana. Sꝫ Mat. ꝛ Lucas tā tum de his scribūt que p⁹ ieiuniū facte sūt tā q̄ꝫ euidentiores. Quales aūt fuerint ille alie incer-tum est. Posset tn̄ dici ꝙ de eisdē t̄ptatōibus quas Mat. ꝛ lucas exp̄imūt in specie. intelligit Marcus loquens in genere. Ita ꝙ nō fuerint plures q̄ꝫ iste tres. Et illud videt̄ sonare glo. sup illud Luc. iiij. Et cō̄summata omni temptatōe di abolus recessit. Ubi sic dicit glo. Tribus t̄ptati onibus victis oēm temptatōeꝫ dicit consūma-tam. qꝛ his oīm origo viciorū cōtinet̄. Unde dicit Chryso. Tria retia diabolus habet extensa sup omnē mundū. vt quicūq̄ꝫ euaserit de retib⁹ gu le incidat in retia vane glorie. ꝛ q̄cūq̄ꝫ euaserit ḋ retib⁹ vane glorie. incidat ī retia auaricie. No ta etiam ꝙ iste temptator fuit lucifer primus an gelus ille sup̄ior qui primum hominem super-auerat vt innuit Aug⁹. Et verisimile est ꝙ appa ruerit iste temptator in forma hominis vt fami liarius se haberet cum christo. quia verba ad in uicem loquuntur vt dicit glo. Naꝫ omnia hec corporeis sensibus fuerunt completa. ¶ Item nota ꝙ diabolus dictus est p̄prie temptator quia eius p̄prium est temptare vt dicit glosa sup illud .j. Thymo. iij. Ne forte vos temptaue-rit is qui temptat. Unde Bern. Demonuꝫ est mala suggerere. nostrū est non consentire. ·B· ¶ Sequitur. Dixit ei. quasi compatiendo fa-mi christi. Ecce plurimum ieiunasti et indiges cibo ꝛ hic in deserto panes haberi non possunt. Sed tamē si filius dei es. dic vt lapides isti pa nes fiant. Ex hoc ꝙ dicit Si fili⁹ dei es. apparet ꝙ tota causa mouens diabolum ad temptāduꝫ christum erat vt exploraret an ipse esset homo tantum vel aliquid supra hominem. Erat enim diabolus in magno dubio. ꝛ fortia argumenta habuit ad vtrāq̄ꝫ partem. Sciebat enim ꝙ na-tus erat de muliere nec suspicari potuit ꝙ de vir gine que despōsata fuerat p̄pter h̄ idē. Sciebat etiā ꝙ vagierat in cunabilis sicut alij infātes. lacri mis suffuderat vultum. ꝙ circūcis⁹. ꝙ .xl. die in templū p̄sentat⁹. ꝙ p̄pter herodis p̄secutōeꝫ

in egiptum deportatus. q inter homines puersatus et a iohē baptizatus fuit. Itē orauit sic hō. Itē famē. sitim. frig⁹. calorē. somnū. vigilias et ceteras hoīz patiebat molestias. Ex qb⁹ ñ nisi hō videbat. Sed ad aliā ptē q eēt supra hoīez multa habuit argumenta. Naz vt dicit glo. Nouerat filium dei venisse in mūdū tā p pphetas q̄z p angelos nūciantes. viderat stellā z magos ad christum ducentē. magos eū tanq̄z deū z adorātes audierat vocē patris de celo dicentē. Hic est filius meus dilectus. Et ex istis argumenta contraria infirmabant. Nā si sciret eū natū de muliere. cōceptū tñ eius intelligere nō poterat. Et mater eius gaudebat se eē virginē. Si vagierat in cunabilis angeli tñ laudes decantauerūt. Si lacrimis vultū suffuderat stella tñ iocūda in celis apparuerat. Si circūcisus die octaua fuerat maculā tñ originalis culpe in eo non cognoscebat. Si in templo p̄sentatus. Symeon tñ z anna velut deum eū adorauerāt. Si herodē fugerat. tñ magi eū adorare ab oriente venerāt. Si inter hoīes conuersabat. nihil tñ in eo humani vicij dep̄hendebat. Si a iohāne baptizatus fuerat ipm tñ iohānē audierat de ipso dicentem. Ecce agnus dei. Si sicut hō orauerat vocē tñ patris audiuit. hic est filius meus dilectus. z spūm sanctum sup eū in colūbe specie manentez viderat. Si hoīm molestias patiebat. oīa tñ sup hoīez videbat eū tolerare. Igit ppter tanta opposita q diabolus videbat in christo. nō poterat cognoscere quid ipse eēt. Et iō temptauit eum dicens. [Si filius dei es ec.] .C. Sed cōtra Lu. iiij. dicit. Q, nō sinebat ea loqui. q z demonia q eū eē christū sciebāt. Rñsio Scire ipm eē christum in lege pmissum. nō est scire ipm eē filiū dei. Nec eñi erat certū apud peritissimos legis q christ⁹ in lege pmissus deberet naturaliter eē de⁹ z dei filius. Sciuit ergo diabolus eū eē christū in lege pmissum. Nō aūt q eēt filius dei. Sicut dic Chrysosto. sup illud Mar. j. Scio q sis scūs dei. Vel pōt dici q demones sciebāt opinatiue ex coniecturis qbusdā. etiā q deus eēt. q etiā imperando miracula faciebat. C Sequit [Dic vt lapides isti panes fiant] Volebat experiri an deus eēt p miraculū cōuersionis lapidū in panes. Sciebat eñi scriptū. Ipse dixit z facta sūt. Iō blandit ei dicēs. [Dic] solummō z fiet. z si sic fil⁹ dei es. Ad lrāz erant ibi lapides. Gestū eñi fuit hoc in deserto hiericho iuxta fontem quez sanauit heliseus. iiij Reg. ij. vt dicit Magister i historijs. Et nota q christus adhuc nullū fecerat miraculū et diabolus erat p̄mus q̄ hoc ab eo expetiuit. Sz hoc fieri ad suā suggestionē nō decuit ppter quinqz.

Primo quia si hoc fecisset se diabolo innotuisset z sic mysterium passionis impeditum fuisset. quia si cognouissent nunq̄z dñm glorie crucifixissent. j. Cor. ij. Secūdo vt doceret nos fugere ostētationē. Tertio vt doceret nihil eē faciendū ad diaboli suggestionē etiā si bonū sit. Quia et si interdū bonū suggeret. ipē tñ semp ad malū ordinat vt postmodū acrius fallat. Quarto q̄a esto q christus lapides cōuertisset in panes. diabolus tñ ppter hoc nō credidisset. z gloriat⁹ fuisset. q christū ad miraculum faciendū induxisset. Quinto quia hoc viciū gule sapuisset si ppter suam famē expellendā miraculū fecisset. Et pp̄ hoc dicit ipm temptasse de gula: volebat eñi p panem visum incitare gulam. Qui eñi esurit viso cibo plus cupit. .B. Sed cōtra si christ⁹ subuenisset corpali fami cōuertendo lapides i panes. nō peccasset. sicut nō peccauit cū panes multiplicauit. q̄d nō fuit minus miraculum. vt turbe esuriēn subueniret. ergo videt q nulla fuerit illa temptatio. Ad quod dicendū q vti necessarijs ad sustentationem non est peccatū gule sed q ex desiderio huiusmodi sustentationis homo aliquod inordinatum faciat. ad vicium gule ptinere potest. Est autem inordinatū q aliquis vbi potest haberi recursus ad humana subsidia pro solo corpore sustentando. miraculose sibi cibum querere velit. Vnde et domin⁹ filijs israel miraculose manna p̄buit in deserto. vbi aliunde cibus haberi non potuit. Et similit christus in deserto pauit miraculose. vbi aliter cibi haberi nō poterant. Sed christus ad subueniēdum fami poterat aliter sibi prouidere q̄z miracula faciendo. sic et Johannes baptista fecit vt legitur Mar. primo. Vel etiā ad loca proxima properando. Et ideo reputabat diabol⁹ q christus peccaret si ad subueniendum fami miracula facere attemptaret si eēt purus homo. C Et nota q dixit panes fiant. non dixit carnes fiant. Perfecti eniz temptantur de his que licita sūt et necessaria sicut est panis esurientibus Ecc. xxix. Initium vite hominis panis et aqua. .E. C Deinde ponitur christi responsio. [Qui respondens dixit. Scriptum est. Deut. viij. Nō i solo pane ec.] Sciebat enim moyses q homo constat ex gemina substantia scilicet corpore et anima et neutrum sine sustentatione potest subsistere. Corpus autem terreno cibo sustentatur. Anima vero que est spiritualis substantia spirituali cibo qui est verbum dei sustentatur. Ideo dixit q homo sm animam viuit in omni verbo q procedit de ore dei. C Sed quomodo ista responsio christi fuit ad propositum

temptatoris. Dicēdū q optime. Et est sens⁹ q̄si dicat. Nō oportet o demon q lapides in panez cōuertaz. quia nō in solo pa. ꝛc. Quasi. d. Solo verbo pōt me deus absq3 pane reficere. Uel sic ſm glo. Quasi. d. Persuasio tua o demon patz quia temptās es. De cibo eni corpis agis qui cōmunis est cū pecorib⁹. nō de cibo mētis qui cōmunis ē cū āgelis. Si eni amice ageres d me liori cibo me prius ammoneres sine quo nemo viuere pōt. Et nota ſm Rabanū. q pcedere verbū dei de ore dei dicit cū volūtatē suaz p scripturarū testimonia reuelat Et sicut dicit glo. Omē verbū caritas in q cōplectunt oīa que pcedunt de ore dei. ꝛ quia cuiuscūq3 ministerio dicātur. nō ei⁹ sūt sed dei. De vno eni verbo. i. sapia dei pcedit qđ q̄d loquunt scī q sunt os ei⁹. .F. Se cūdo tēptauit euz de vana gloria Tūc assūpsit eū diabolus Postq3 eni diabol⁹ in pma temptatiōe nihil pfecerat sicut dicit Chryso. Cogitauit intra se. Iste q fame nō vinciť ꝛ si nō est filius dei tū sanctus ē. pńt aūt sancti homies fame nō vinci. sed postq3 oēm necessitatē carnis vicerint p vanā gloriā cadere pńt Et iō sequiť Tūc assūpsit eū diabolus in scāz ciuitatem Ubi pmo videndū de ordine temptationū. Nā hanc quam Mat. ponit scđam. Lucas ponit tertiā. Sed sic dicit glo. Lucas exequit sicut res gesta ē. vltimā ponens vanā gloriā ſm morē pńtis tpis. q̄a superbia post oēs virtutes seuit. Mat. vo nō exequit ordinem histoie. sz tēptationē ade: q pmo tēptatus fuit de gula. cū dicit. Uidēs lignum q esset pulcrū visu ꝛ ad vescendū suaue. Deinđ p vanā gloriā cuz dicit. Eritis sicut dii. Postea de auaricia cū dicit. Sciētes bonū et malū. Ita est eni auaricia cupiditatis sciētie sicut pecunie Et iste ordo seruabať tūc sicut diabolo cōueniētius visū fuit. Postq3 vero corrupta ē natura insurrexit alius ordo. vt pri⁹ q̄s tempteť p cōcupiscētiam carnis. Deinde exteriorū. post omnē victoriam superbia hoiez inuadit. ❡ Et nota q cōsuetudo diaboli est semp incipe a leuiorib⁹. ꝛ pcedere ad grauia. deinde ad grauiora. deinđ ad grauissima. sicut patuit in Iob. Cui pmo abstulit res temporales. Deinde filios extinxit. deinde corpus ei⁹ vulnerauit. Tandē q grauissimū fuit fiduciam de deo p amicos sibi auferre conat⁹ fuit. Similiter fecit de christo. quē pmo tēptauit de gula temptari eni de pane et maxime tpe famis leuis temptatio est. postea pcessit ad vanā gloriam ꝛ auariciā ꝛ tandem ad idolatriā. .G. Consequenť videndū qualiter christuz diabolus assūpserit. Quia sic dicit Greg. cū dicit q de⁹ homo a diabolo assumať ꝛ ducať mens humana hoc audire refugit aures3 obstupescūt. Et iđo dixerunt quidā q oēs he tēptatiōes facte sunt a diabolo nō visibiliter apparēte sed inuisibiliter suggerente. Suggerebat eni ei vt de lapidib⁹ faceret panes. vt ascēderet supra pinnaz et se inde pcipitaret. vt diabolū adoraret pꝑter regna mūdi. Et ſm istos omnes tēptationes facte fuerūt a diabolo in deserto. cū Marcus dicat q .xl. diebus fuerit in deserto ꝛ tēptabať a sathana. Alii dicūt q visibiliter apparuit illi vt homo. ꝛ locut⁹ est cum eo. ꝛ hoc tenet glo. d. oīa corporeis sensibus esse cōpleta. qđ verius est. Et tūc dicūt qđā oēs has temptatiōes fuisse in hierusalem quaz vocant desertū. id est. a deo derelictam vt omēs temptatiōes dicanť in deserto fuisse facte. Sed h nō ē veri. nec ad h dicēdū cogit text⁹ Marci Uerū quidē eum in deserto ad lrām temptatuz fuisse. Sed nō dicit Mar. tātū in deserto. Due eni facte sūt in deserto ꝛ tertia in hierusalem sup pinna. Sed dato q oīa visibiliter gesta sint Adhuc querit q̄uo eum diabolus assūpserit. an videlicet eū ducendo p aera aut eundo secū p viā Ad quod quidā dicūt q euz trāsportauit i aere ꝛ statuit supra pinnam Nec enim mirū vt dicit Greg. si se pmisit a diabolo duci qui se permisit ab eius mēbris etiā crucifigi. Alii dicūt q duxit eum p viam eundo manū ad manū a deserto i hierusalem. et ibi ascēderūt supra pinnaz p ascēsum cōmunē. sicut et alii hoies. Et hoc videt sonare luc. qui dicit. Duxit illum in hierusalem ꝛ statuit eum supra pinnaculum templi. .H. ❡ Et notanduz q sancta ciuitas dicebatur hierusalem ſm Rabanum in qua erat templum ꝛ sancta sanctorum et cultus diuinus. Dicebatur aūt pinnaculum a pinna q est sūmitas cuiuslibet domus ꝛ pcipue templorum et murorum. Sciendum aūt q in templo erant tres mansiones. Prima pauimentū vsq3 ad pmum tabulatum siue solariū altitudinis triginta cubitoꝝ Secūda erat a pmo solario vsq3 ad secūdū. xxx. etiā cubitis alta. Tertia vero vsq3 ad tertiū solarium quod erat tectum templi non cameratuz sed planum. Tēplum eni non habebat culmen erectū sicut habēt nostre domus. sed desuper erat planum more palestinorum. Et habebat illud solarium in altitudine. lx. cubitos. Quodlibet autem solarium habebat in circuitu exterius vnum deambulatorium. Unde tria erant exteriora deambulatoria in circuitu templi. et ista deambulatoria dicuntur pinnacula vt dicit Marcus in historiis. Sup quorum vnum diabolus statuit christum ꝛ forte in eminētiore qđ distabat a terra. xc. cubitos. Uel forte statuit

it eū in īferiori pinnaculo qđ distabat a terra so/
lum.xxx.cubitis vbi scribe et sacerdotes alloque/
bant ꝑplin exponētes legez. Et nota ſm glo. q in
eo loco diabolus christū tētabat de vana gloria
in quo multos decepat ꝑ vanā gloriā in cathe/
dra doctorum. Et attēde ſm Chryso. ꝙ cum dia
bolus assūpsit christum ducendo euz ad ciuita/
tem et statuendo eū supra pinnaculū templi. ipse
diabolus ab oībus videbat et credebat christuz
ab omnib⁹ videri. Ipse aūt christ⁹ nesciente dia
bolo sic agebat inuisibiliter vt a nemine videret̄
.I. Sequit̄ Et dixit ei. Primo locut⁹ fuit
christo quasi cōpatiēs esurienti. Nūc vō loqui
tur quasi ipsius honorem desiderās. Si filius
dei es. Scdm Hiero. In oībus temptatiōib⁹
hoc agit diabolus vt intelligat si filı⁹ dei sit. Sz
christ⁹ sic respōsit temptat vt ambiguū relīquat
Mitte te deorsū. Quasi.d. Si hoc feceris glo
riosus apparebis in cōspectu astantiuz. Stulta
fuit ꝑsuasio qua filio dei dicit Mitte te dorsū.
Rectius enī diceret Si fili⁹ dei es ascende in
celū. qđ si faceret verū se filiū dei cōꝑbaret. Sed
diabolo cōuenit vt in ꝑcipiciū ire cōmoneat In
quo ſm glo. infirmus ōndit ꝙ nulli nocere pos/
sit. nisi ille se deorsuz prius miserit. Seqt̄ Scri/
ptū est enī. Quia christus ei adduxerat scriptu
re testimoniū Iō diabolus volens se etiam sapi
entem ostēdere scripturam allegat. volens ꝑ h̄
deceptionē suā colorare ꝑ qđ videt̄ se in angelū
lucis transformare Quia angelis suis māda/
uit de te ꝛc. Quasi.d. Nō oportet te timere ꝙ of/
fendaris quia angeli sustentabūt te. Hec auto/
ritas scribit̄ in ps.xc. Dicit aūt Aug. Vn̄ tibi di
abole scire ꝙ ista scripta sūt. nūqđ legisti ꝓphe/
tias et diuina eloquia. legisti quidē sed nō vt me
lior fieres. sed vt alios decipes. ¶ Et nota ꝙ ista
ꝑsuasio cū sua allegatiōe fuit fatua. irrōnabilis.
insufficiens. et nō ad ꝓpositū Fatua fuit q̄ si chri
stus ꝑcipitasset se de pinnaculo. nemo credidis/
set h̄ fuisse diuinitatis sz potı⁹ vanitatis et fatui/
tatis signū. Item irrōnabile valde eēt vt ille qui
sua sapientia oīa gubernat sine aliquo ꝓfectu ꝑ
cipitaret se de alto. Itē est insufficiēs ꝓpter duo.
Primo quia ex hoc vt dicit Chryso. nō poterat
cognoscere si sit filius dei an nō. Volare enim ꝑ
aerem non est ꝓprie op⁹ dei quia nulli vtile est.
Si ergo aliq̄s volauerit ꝓuocatus ꝓpter osten
tationem solā hoc facit et est potius ex diabolo
q̄z ex deo. Secūdo quia allegauit incōplete au/
toritatē scripture. Subticuit enī diabolus qđ se
quit̄. Sup aspidem et basiliscum ambulabis ꝛc.
Ipse eī diabolus ſm Aug. ē draco. ipse est basili
liscus. ipe aspis et leo. quē in temptatiōib⁹ chri/
stus cōculcauit. Iō principiū autoritatis ꝓtulit
tanq̄z superbus. finē vero tacuit tanq̄z astutus vt
dicit chryso. Item autoritas nō est ad ꝓpositū
quia nō intelligit̄ de christo capite sed de mem/
bris. id est quolibet iusto ſm Hiero. Christ⁹ enī
nō portat̄ manibus angelorum sed angelos ip/
se portat et omnem creaturaz Heb.i. Portans
omnia verbo virtutis sue. Est ergo autoritas il
la exponenda ſm glo. Q, angel' suis āministra
toribus spiritibus deus mādauit de te. iusto vi/
ro q̄cūq̄z sis. vt custodiāt te in manibus suis. id
est auxilijs suis sustollant te. et ita custodiant te.
ne offendas pedem id est mentem vel affectum
mentis ad lapidem. id est aliquod offendiculuz
peccati. Lapis enī dicit̄ quasi ledens pedez. Vn̄
omnis occasio peccati ad quā pōt offendi affe/
ctus mentis nomine lapidis ītelligit̄. Est ergo
sensus. Q, angelis mandauit deus vt custode/
diant hominē iustū a peccatis. Nō ꝙ hon⁹ hō
cōfidens de custodia angeloruz debeat se prea
pitio exponere ad suggestionē demonis. Male
ergo et impertinenter allegauit diabolus. .K.
¶ Deinde ponit̄ christi rīsio Ait illi iesus rur
sum Scriptū est Deut.vi. Non temptabis do/
minum deum tuum Secundū Hiero. falsas
de scripturis diaboli sagittas veris scripturaz
frangit clipeis. ¶ Nota ꝙ istud verbum plaī
a christo duplicem habere poterat intellectum.
Vno modo quasi.d. christus diabolo. Non tē/
tes me dn̄m deum tuum. Quod poterat dicere
sed nō dixit. quia tunc manifestasset se diabolo.
Alio modo quasi christus diceret diabolo Nō
lo me ꝑcipitare deorsum. quia ego temptarem
deum. Et hoc quilibet homo dei temptat⁹ a di/
abolo dicere pōt ſm Chryso. Quoniam qui ho
minem dei temptat. deum temptat. Et ideo chri/
stus in hoc verbo sic ꝑtauit responsuz. ꝙ diabo/
lus nesciuit quo istorū modorum eēt intelligen
dum scripture testimonium. Et sic remansit du
bius sicut prius. ¶ Et nota hic signanter si
cut dicit glosa. ꝙ in hoc ꝙ christus se in altum
tolli ꝑmisit sed monenti cadere nō obediuit. ōn/
dit. vt cuicūq̄z bona et alta imperanti obediamus
sed ꝑcipitare volenti cōtra eamus. Simile dic
Rabanus sed cōtrahit hoc ad virtutes et vicia
vt videlicet imperanti alta virtutū obediam⁹ Si
quis aūt vult nos de altitudine veritatis et virtu/
tū ad ima erroris et viciorū ꝑcipitare. nō illū au/
diamus. Dicit etiā Aug⁹. sup hoc loco. Q, di/
abolus semꝑ religiosos de superiorib⁹ ad ima re/
ijcere conatur et de sanctis et venerādis actibus
deducere ad cenosa et terrena festinat: vt qui
stat in puritate mentis et summitate templi

pcipiat in pfundum inferni cogitatione peccati
Nam cũ dñm de pinna templi deijcere nititur.
pnqz de pfecto religionis cultu eũ remouere co
nat. Pinna enĩ loci sancti pfectio viri sancti est
⁊ signũ celestis sacramenti. ¶ Nota etiam q̃ p
factũ diaboli imitant̃ quidã mali plati ⁊ tyrãni
qui quosdã in altũ erigunt et extollũt ad hoc vt
eos grauius deijciãt. ·L· Notandũ etiam
sicut dicit glo. Q᷒ nemo debet temptare deum
qñ habet ex humana rõne quid faciat. Uñ quã
uis de⁹ oĩa possit. ait tñ suis. Si vos psecuti fu
erint in vna ciuitate. fugite in aliã. Et ipemet fu
git ⁊ latuit. Nũ cauit aliter poterat de templo de
scendere q̃z p acrantiã se pcipitare. Sed postq̃z
deficit humana rõ cõmendet se homo deo. non
temptãdo sed deuote cõfitendo. Usqz huc glo.
Ille aũt deum temptat qui exponit se piculis vt
expiat an deus eripiat eũ. Unde ille temptaret
deum qui pcipitaret se de alto dicẽs. Uidebo si
deus mihi auxiliabit̃. Similiter si quis sine gu
bernaculis ingrederet̃ mare. aut qui nihil vellet
mãducare sed expectaret alimẽta a deo. ·M·
¶ Tertio tẽptauit eũ de auaricia. Iterũ assum
psit eũ diabolus in montem excelsũ valde. Loc⁹
iste temptatiõis christi in deserto vocat̃ queren
tena. vbi fluit riuulus fontis quẽ heliseus sana
uit. Secũdo miliario a querentena versus gali
leam dicit̃ eẽ mons iste sup quẽ statuit diabol⁹
christum. vt dicit Magister in historijs. Et ostẽ
dit ei omnia regna mũdi. Dicit lucas q̃ osten
dit ei in momento tpis p q̃d fm glo. nõ tam cele
ritas cõspectus q̃z caduce fragilitatis potestas
exprimit̃. In momento enĩ cũcta pereũt. Osten
dit aũt vt dicit glo. nõ q̃ visu eius qui omnia vi
det ampliauerit. sed vanitatem humane põpe
quã amabat quasi speciosã ostẽdens facere vo
lebat amari. Potuit aũt ista ostensio fieri tripli
citer. ¶ Uno mõ fm Chryso. vt non ipa regna
vel ciuitates vel ppl'os vel aurũ vel argentũ vi
deret oculis. sed ptes terre in quib⁹ vnũqd'qz re
gnum vel ciuitas posita erat. vt puta si ascẽdes
sup excelsum locũ digito extenso dicam tibi. Ec
ce ibi est Roma. ibi grecia. ibi india. nõ sic osten
do tibi vt ipãs videas ciuitates. sed ptes terre in
quibus posite sunt. Sic et diabol⁹ poterat chri
sto singula loca digito monstrare. ⁊ vniuscuius
cũqz regni honores ⁊ statũ verbis ostẽdere. Nã
ostensum dicit̃ etiam q̃d exponit̃ ad intellıgẽdũ
¶ Alio modo fm Theophilũ vt etiã sensibilẽ
fantasticã apparitiõe omnia regna orbis terre.
quasi pñta sibi ostenderit. ¶ Tertio modo fm
Mag. ostendit ei regnũ suũ q̃ñ o ipse in mundo
regnaret p vicia. dicendo In tali pte mundi ego
regno p luxuriam. In tali p auariciã. In tali p
supbiam. et sic de singulis et gloriam eorũ. Ex
posuit enim ei simpliciter mundi gloriã q̃ñ o ali
cubi est abundantia auri et argenti atqz lapidũ
p̃ciosorum. Q̃ñ o alicubi est nobilitas generis
Alicubi industria miliaris. Alicubi pulcritu
do mulierũ. Alicubi voluptas rerũ mũdialiũ
Et sicut dicit glo. hec oĩa christus nõ cõcupiscẽ
te oculo intuebat̃ sicut nos. sed sicut medici vi
dent morbos sine lesione. Sequit̃. Et dixit illi.
Hec omnia tibi dabo si cadẽs adoraueris me.
In luca dicit̃ sic. Tibi dabo potestatem hãc vni
uersam. ⁊ gloriam illoꝝ. quia mihi tradita sunt.
⁊ cui volo do illa. Tu ergo si pcidens adoraue
ris me erunt tibi omnia subdita. ·N· No
ta q̃ ista tẽptatio fuit falsa. fatua et iniqua. Fal
sa quia diabolo nõ est ptãs sup omnia ista mũ
dana. dei enĩ solius est ea dare cuius est creare.
ps. Terram aũt dedit filijs hominum. Unde fm
glo. hec de arrogantia diabolus dixit. Nõ oĩa
tñ sũt in sidijs diaboli pmissione dei. Fatua etiã
quia illi pmittebat dare regna terrena. qui suis
fidelibus dat regna celestia. ⁊ qui est rex regum
⁊ dñs dominantium. Iniqua vero fuit. quia vo
luit sibi exhiberi diuinum cultum etiam a deo.
glo. Ecce antiqua diaboli supbia. Sicut eniz in
pncipio voluit se similẽ deo facere. ita nũc. ¶ Et
nota q̃ mirum valde videt̃. q̃ diabolus in tantã
prupit insaniam vt hoc modo christũ tempta
uerit. Et forte pcipiebat diabolus se cognosci a
christo et ideo quasi desperatus fecit vltimum
q̃d potuit. licet sciret sibi nihil pficere. Sicut ve
nator cum viderit se nihil pficere quasi despera
tus omnia sua iacula iacit. ·O· Deinde po
nitur christi respõsio. Tunc dixit ei iesus. Uade
sathanas. In quo fm Chryso. finem temptanti
imponit ne pgrediat̃ vlterius temptãs. Et in h
fm Chrysosto. exemplum habemus q̃ pprias i
iurias equanimit̃ toleremus. dei autem contu
melias non sustineamus audire. Sicut christ⁹
priores temptationes que erant in iniuriã ho
minis patienter sustinuit. hanc vero que erat i
dei iniuriam tolerare nõ potuit. Scriptũ est
enim Deut. vi. Dominum deũ tuum adorab
⁊ illi soli seruies. scilicet seruitute latrie. Unde
per hoc non excluditur seruit⁹ debita dominis
temporalibus fm Augustinũ. ¶ Attende ex p
dictis documentum fm Greg. ⁊ fm Rabanum
Q᷒ dominus in omnibus temptatõibus vs⁹
est autoritatibus scripture. ad nos informandũ
vt quotiens a prauis hominibus aliq̃d pati
mur. magis ad doctrinam q̃z ad vĩdictã excite
mur. Et signanter autoritatib⁹ deut. ad ꝯfutatiõẽ

hereticoꝝ qui dicunt vetus testamentū non ēē a deo. ⁊ ad cōfirmatiōez euāgelij qđ figurat in Deut. dicit̄ lex scđa sm̄ Hiero. ¶ Nota etiam sm̄ Aug. sup Cano. Johis omel. ij. vbi sic dicit. Temptatus est dn̄s a diabolo. ⁊ quoniā ipe repulit temptatoꝛē docuit pugnare militē. Atten de qđ ille rn̄derit. et qn̄ tibi talis temptatō adue nerit. dicis tu illud et tu. semp sibi videlicet resisten do p scripturā sicut ipe fecit. Un̄ si tēptat d' auaricia et appetitu bonoꝝ. debem' rn̄dere. scriptuz est Ecc. x. Quid supbis terra et cinis. oīs potentatus breuis est vita. Si tēptat de appetitu diuitiarū rn̄deam'. Scriptū ē. j. Thymo. vj. Nihil intulimus in huc mūdū. Et Job. j. Nud' egressus sum de vtero matris mee. nudus reuertar illuc. Si temptat de appetitu deliciarū carnaliuz rn̄deamus. Scriptū est. Caro et sanguis regnū dei nō possidebūt. j. Coꝛ. xv. Ubi glo. p carnem ⁊ sanguinē ventrē ⁊ libidinē. i. opa carnalia designat. Et ita de alijs quibuscūqz vicijs impugnamur. sp vtamur clipeo sacre scripture ad defensionem nostrā cōtra viciū illud.

¶ Tertia pars expositionis euangelij. CXLVIII.

Tunc reliquit eum diabolus. Et ecce angeli accesserunt et ministrabāt ei. ·A· Hec ē tertia ps pncipalis hui' euangelij in qua describit̄ qualiter hostis a christo fuit victus ⁊ oppressus Et tangunt̄ hic duo. Pmū ptinet ad fugā hostis. Scđm ad gloriā triūphantis. ¶ Quātuz ad pmū dicit Tūc reliquit eum diabol'. vsqz ad temp' addit lucas postea p iudeos eum impugnatur'. ¶ Nota sm̄ Chryso. q nō reliqt eū diabolus quasi obediens pcepto ei' qz dixerat ei vade. Sz diuinitas christi excussit inde diabolum. Et vt dicit idem Chrys. ad nostrā pficit cōsolationem. Qz nō tamdiu hoīes dei diabolus temptat q̄zdiu vult. sed q̄zdiu deus pmittit eum paulisper temptare tn̄ repellit ppter infirmā naturā. Juxta illud Jacobi. Qui nō patiet vos tēptari vltra q̄z potestis. Unde Aug' sup ps. Si tantū posset nocere diabol' quātū vult. aliquis iustoꝝ non remaneret. ¶ Et nota q qz tota vita nostra est in pugna cōtra diabolum. iō lucas nō dicit absolute. q reliquit eū diabolus. sz vsqz ad tempus. Quia licet sancti eū a se aliqn̄ repellāt semp tn̄ reuertit̄. Qz milicia est vita hoīs super terrā Job. vij. Unde quoniēscūqz ille redit impugnando. nos totiēs eū fugare debem' resistendo sibi Juxta illud Jacobi. j. Resistite diabolo ⁊ fugiet a vobis ·B· Nota etiā q nō semp diabolus illos quos temptauit relinqt sed aliqn̄ in eis remanendo quiescit. Sicut Job. xl. de diabolo dicit̄. Sub vmbra dormit in secreto thalami scz cordis humani. Quidam alij sunt in q̄bus diabolus postq̄z tēptauit nō manet. sz exit ab eis. nec tn̄ recedit sed ibidez ppe expectat. Sicut sunt illi qui sepe patiunt̄ recidiuū. ad quos scit se cito reuersuruz. Juxta illud Luc. xj. Reuertar in domū meam vn̄ exiui. Sūt ⁊ alij a quib' exit ⁊ recedit sed nō fugit sed lento passu incedit Sicut sunt tepidi q̄s non plene deserit. Alij vero a quib' exit recedit et fugit. sed adhuc eos nō relinquit. sicut viri pfecti qui fortiter ei resistunt ⁊ ipm sepe in fugā cōuertūt. sz nō ita euz oīno fugant qn̄ interdū reuertat̄. ⁊ sic eos nō oīno relinquit nisi ad tempus. Si q̄ vero sūt quos oīo relinqt. ita q in nullo eos postea molestet perfectissimi sunt. Sicut fuit forte de beata v'gine ex singulari pulegio. Et non est dubiū de christo quātuz ad potestatem. Et verisimile est q post has tres tēptationes diabol' ipm p se et immediate nūq̄z vlterius est ausus aggredi ad tēptādum. Sed q dicit lucas q diabol' recessit ab eo vsqz ad tps referri pōt ad mēbra diaboli scz iudeos p q̄s ipm erat postea impugnatur'. vt dicit glo. interli. Uel hoc etiā referri potest ad membra christi. Sicut vtrūqz innuit glo. ibidē super lucam. d. vsqz ad tps. scz passionis quādo nō solum in dolis sed apte pugnauit. ⁊ hoc quātū ad pmū dictū. Et subdit quātū ad secūdū. Sic nos etiā ille antiqu' hostis aliqn̄ temptare intermittit. vt quasi securos repente rediens facili' irrūpat Magister tn̄ in histo. dic̄ sic. Recessit lucifer a dn̄o ad tps sz tpe passiōis dn̄i rediit timore mortis putans eū deijcere. Tūc aūt oīno victus religatus ē in inferno in dieb' antichristi soluendus sm̄ Apoc Joh. De hoc vide infra in passione articulo. lxiij. ·C· Quātū ad secūduz qđ ptinet ad gloriam triūphantis dicit Et ecce angeli accesserūt Un̄ patet sm̄ Chryso. Qz pāpiente dn̄o abscesserūt ab eo āgeli vt daret loc' diabolo aduersus christū. ne forte vidēs angelos circa eū nō appropinquaret ad eū. Nō aūt dixit descēdētes angeli. qz sp ad ministeriū eius erāt in terris dicit ergo Et ministrabāt ei. In q̄ āt illi ministrabāt scire nō possum' vt dic̄ Chryso. An ad curatiōes infirmitatū an ad correctiōez aīaꝝ. an ad effugatiōez demonū. q̄ oīa p āgelos facit. vn̄ eis faciēnb' ipe facere videt̄. Id manifestum est q non ppter necessitatem impotentie eius sed ppter honorē potestatis eius. Nō enīz dicitur q adiuuent eum. sed q ministrent. Uel etiā dici posset. q ministrauerūt escā cibū et potuz

deuehentes eum de pinna tépli. Et nota hoc exéplo. q cũ nos etiam temptatiões demonum vincim⁹. angeli etiã ministrãtes nobis assistũt vt dicit hilarius. ¶ Moraliter sm̃ Chrysosto. pstringendo temptatiões christi. Ieiuniũ est abstinentia rei male. Esuries est desiderium eius. Usus ei⁹ est panis. Qui ergo peccatũ sibi conuertit in vsum. lapidẽ conuertit in panem. Rñdeat ergo diabolo quia non in solo pane. i. vsu illius rei. viuit homo. sed in obseruãtia mandatorum dei. Quãdo vero q̃s inflatus fuerit quasi sanctus. ductus est quasi supra templum. Et q̃n estimauerit se cõsistere in sanctimonij summitate. positus est supra pinnã templi. Et hec temptatio sequit̃ p̃mã. quoniã victoria temptatiõis gloriationem opat̃ ⁊ fit causa iactãtie. Sed vid' q christus ieiuniũ vltro suscepit. sup templũ autem cũ diabolus duxit: vt tu ad abstinentiã laudabilem sponte pcedas. extolli aũt ad fastigiũ sanctitatis nõ acq̃escas: fuge exaltatiões cordis ⁊ nõ patieris ruinã. Ascensio aũt montis est pcessio ad altitudinem diuitiarum ⁊ glorie hui⁹ mũdi que de supbia cordis descẽdit. Cũ ergo volueris diues fieri qd̃ est ascẽdere in montẽ. incipis cogitare de diuitijs et honoribus acquirẽdis. ⁊ tũc pnceps mundi gloriam regni sui tibi oñdit. Tertio loco pandet tibi causas. vt si volueris illa consequi seruias ei. negligẽs iustitiã dei. a cui⁹ seruitio liberet nos christus p nobis tẽptatus ⁊ passus.

B ¶ Aliter moralizando totum pcessum hui⁹ euangelij sm̃ hugonẽ in quodam tractatu. adhuc quotidie iesus ducit̃ a spũ in desertum. i. hoiem desertũ et deserẽtem. desertũ ab ipso ⁊ deserentẽ ipm̃. Ex quo enĩ homo deum deseruit. merito ab ipso desert⁹ ẽ hõ. Desert⁹ vero amplius apposuit deserere. Nã subtracta grã sp abũdauit culpa. Sed post ex nimia caritate sua supabũdante petõ supabũdauit et gratia: et venit de sinu patris in desertũ nostrũ. imo in nos desertũ. qd̃ vtiq3 erat desertũ malum. In q̃ nob reliquit exemplũ. vt sequamur eius vestigia et ducamur post eũ et per eum in desertũ bonum nõ a carne sed a spũ. nõ nostro sed suo. Est aũt septuplex desertũ bonum in qd̃ ducit̃ hõ a septẽplici spũ bono. ¶ Primũ desertũ est cũ deserit̃ ipsa desertio mala. i. desertio boni. qd̃ est deserere peccatũ mortale. In hoc desertũ hõ ducit̃ a spũ timoris qui habet expellere peccatum. ¶ Secũdũ desertũ est deserere mũdũ cũ suis oblectationibus. In istd̃ ducit̃ a spũ pietatis. i. cuiusdam pie et deuote affectiõis in deum ex amore scz ñ ex timore. ¶ Tertiũ desertũ est deserere carnẽ ⁊ eius desideria. In qd̃ ducit̃ a spũ scie. eo q de carne non sapit sm̃ carnẽ. ¶ Quartũ desertum est deserere volũtatem. In qd̃ hõ ducit̃ a spũ fortitudinis. Arduũ enĩ valde est ipam volũtatem qua cetera deserunt deserere. ¶ Quintũ est deserere rõnẽ scz humanã vel sensũ ppriũ vt hõ non ambulet sm̃ rationẽ humanã que corrupta et ceca est. Sed sm̃ rõnẽ diuinã que veritas eterna est. In hoc desertũ ducit̃ homo a spũ cõsilij. vt videlicet suum deserẽs sensum. dei magis abũdet sensu. ¶ Sextũ desertũ est deserere pximũ pp̃ter deũ id est cõuersatiõnẽ humanã pp̃ter diuinitatis sublimitatem cõtemplandam. In hoc desertum ducit̃ homo a spũ intelligẽtie. vt ei vacet vacare ⁊ videre q3 suauis est dñs: ⁊ cõtemplari regẽ glorie in decore suo. ¶ Septimũ desertũ est deserere deũ pp̃ter pximũ. nõ tñ cõtra deũ sed sm̃ deũ imitãs christũ ⁊ totum referens ad ipsum. sicut aplus paulus voluit ad tps anathema eẽ. id est sepatus a christo p fratrib⁹ suis vt fratres sint christi. Et sic ipe p̃mogenitus in multis fratribus. Et sic nõ iam pp̃ter pximũ sed quasi pp̃ter deum ipm̃ deserit deũ. Et sic deo nihil est supius. ita h deserto nihil est vlterius. In hoc desertum ducit̃ hõ a spũ sapiẽtie et charitatis pfecte. Et in h cõformat̃ homo sapie dei. que idipm̃. sed multo excellẽti⁹ fecit. relinquẽs nobis exẽplũ ad imitandum. Et hec charitas est adeo pfecta vt pfectior excogitari in hoie nõ possit. nec q̃sq3 scit eam examinare nisi forte qui et ipe gustu didicit quidnam sit istud quod iste deserit. .E. ¶ Notãdũ autem q singulum istorum desertorum habet deserta sua. Nam in ingressu p̃mi deserti homo deserit septem vicia p̃ncipalia. et quasi abijciunt̃ ab eo septem demonia. id est. grauiora peccata. In ingressu secundi deserti deserit homo quattuor. quasi quattuor elementa mundi. scilicet potestatem terrenam. libertatem ppriam. diuitiarum affluentiam et vanam gloriam. In ingressu tertij deserti homo deserit oblectamenta q̃nq3 sensuum. videlicet in tactu mollitiem. in gustu dulcedinem. in olfactu suauitatem. in visu amena ⁊ pulcra. in auditu canora ⁊ iocũda. In ingressu quarti deserti deserenda sunt tria. debet enim homo deserere voluntatem suam p fratris sui voluntate. non solum p voluntate maioris sz et paris. imo ⁊ minoris. In quorum p̃mo est voluntas dei bona. in secũdo beneplacens. in tertio pfecta. In ingressu quinti deserti sensus ppri⁹ deserẽd⁹ ẽ i decẽ i qb⁹ hũana rõ dñcit q̃nuz ẽ ex se. Quorum p̃mũ ẽ d trinitate i diuis. Secũm d p̃n principium mundi. Tertium de p̃ncipio mundi. Quartũ de creatione mũdi. Quintũ de mysterio incarnationis christi. Sextũ de corpe christi.

in sacramēto. Septimum de iudicijs dei. Octauum de immortalitate aīe et egressione ei⁹ a corpore qualiter et quo vadat vel ferat̄. Nonū de fine mundi. Decimū de post finem mūdi. Que omnia icōprehensibilia sūt humane rōni. In īgressu sexti deserti hō debz deserere primū ī quattuor scz in sustentatiōe. protectione. erudiōne et cōsolatiōe. In ingressu septimi deserti hō septēpliciter deserit deum ꝑpter deum. vel potius septez deserit bona spūalia que ex spū dei ꝛ in spū dei habebat. Hoꝝ septem duo sūt audire deum ꝛ audiri a deo. quoꝝ pͥmū habebat in lectione. alterū in oratiōe. Alia duo sūt trāquillitas mētis ꝛ animi puritas. quas nō nūc vt prius continuare pōt ꝓpter labores cōtinuos ꝛ quotidianas soliatudines. Quintū est querere faciē dei semꝑ. id est. meditari cōtinue nec aliud q̄z deuz. Sextum ꝛ septimū sunt excedere ꝛ excedi a deo excedere ad cōtemplationez. excedi ad ammiratiōnē. F. Hec aūt deserta recolligendo oīa vides ꝙ pͥmi deserti sūt septem deserta; secundi quattuor. tertij q̄nq3. quarti tria, q̄nti decez. sexti quattuor. septimi septem. Quicūq3 hec oīa deserit et ab his omnibus abstinuit quasi quadragīta dieb⁹ ieiunauit. Nec tñ sine noctib⁹. id est infirmitatib⁹ varijs et tribulatiōibus. Non aūt mirū si post ieiuniū hoc magnuz esuries sequitur ꝛ ipa quoq3 magna. Qui eni tāte ꝑfectiōnis fuerit. nō pōt nō ꝑfecte ꝑfectaz esurire iusticiam. nec fieri pōt ꝙ tali esurienti nō ministrent angeli. nō solū in hoc ꝙ frequēter accedūt ꝛ spūaliter euz reficiūt. sed et tandē tollūt eū hinc manib⁹ suis et plene reficiendū offerūt eū manib⁹ iesu. qui faciet euz recūbere in regno. Quo nos ꝑducat ipse iesus bñdictus in secula seculoꝝ amē

Sermo de eadem dominica.

CXLIX

Ductus est iesus in

desertum a spū Matth. iiij. A

Quia sacra ieiunij quadragesimalis obseruatio est vniuersaliter ad oīm fidelium christianoꝝ sanctificationē et salutem ab ecclesia introducta. Hinc est ꝙ null⁹ christianus cuiuscūq3 status ab eius obseruatione eximitur nisi q̊s etatis vel īfirmitatis necessitas excusauerit. vt habet̄ in decretis de conse. dist. v. Quadragesima. Sūt aūt fideles christiani in triplici genere. Quidā sūt mali et peccatores. Alij sūt mediocriter boni qui a grauiorib⁹ pc̄tis quidem immunes. sed in bonis opibus sūt desides Tertij sūt valde boni qui quātū possibilitas h⁹ vite admittit a peccatis sūt liberi ꝛ in bonis actibus bene exercitati. Primi sūt in statu incipiētium si tñ ꝑ penitētiā cōuertant̄. Secūdi sūt ī statu ꝑficientiū. si tñ in bonis opibus exercitentur sed tertij gerūt statum ꝑfectoꝝ si spū diuino ducant̄. Et istoꝝ cuilibet ꝑ suo statu istud sacruz ieiunij tp̄s est ꝑficuū. Primis quidē vt ipi q̄ ꝑ totuz annū illecebrose vixerūt ꝑ peccatoꝝ oblectatiōnē. nunc saltez in isto tp̄e cōterant̄ ꝛ resurgāt ꝑ penitētie castigationem. Secūdis etiā vt q̄ toto anno bona facere neglexerūt ꝑ desidiā vel rei familiaris occupationem. nūc neglecta recupare studeant ꝑ sollicitiorem bonoꝝ opeꝝ exercitationem. Tertijs etiā ꝑficuum est illud tempus. vt qui toto anno deo cōtinue seruierūt. taz ꝑ exteriorē opationē q̄z ꝑ interiorem deuotionem. nūc isto tp̄e feruentius assurgāt ꝛ se recolligant ac vrgeāt ad diuinoꝝ contemplationē. B.

Igit̄ scḋm differentiā istoꝝ triū statuū triplex est desertū. Primū est desertū penitētie qḋ ingredi debēt incipiētes scz a peccatis resilientes. Secūdum est desertum sanctimonie qḋ ingredi debent ꝑficientes. Tertiū est desertuz solitudinis interne quod ingrediunt̄ ꝑfecti soli deo inherentes. Sed nullus istoꝝ ꝑ se ingredi pōt desertuz suum. nisi a spūscō ad hoc moueat̄. Que q̇dem motio spūssancti diuersimode fit scḋm diuersitatem statuū. Nam aliter mouet incipiētes. aliter ꝑficiētes et aliter ꝑfectos. Et scḋm hoc variantur verba euangelistaꝝ. Nam vbi Mat. dicit. Ductus est iesus in desertum a spū. Marcus dicit Expulit eū spūs in desertū. Lucas vō dicit ꝙ iesus agebat̄ a spū in desertū. Itaq3 aliud est a spiritu scō expelli. aliud a spūscō agi. atq3 aliḋ a spiritu scō duci. Siquidez spūs dei expellit ꝑ potētiam. agit ꝑ bonitatē. ꝛ ducit ꝑ sapiētiā. Primū cōpetit incipientibus. Secūdū ꝑficiētib⁹. Tertium ꝑfectis. Expulsio fit cōtra nostrā voluntatem. Agimur ꝓter nostrā voluntatē. Sed ducimur volūtate nostra ꝑfecta. C. Primū ergo desertū est penitentie. ad qḋ referri pōt illud Mar. j. Expulit eum spūs in desertuz. Circa qḋ desertū q̄nq3 sūt notanda. Primo ex qua rōne penitētia deserto cōparet̄. Secūdo qualiter christus in istud desertum expulsus dicat̄. Tertiō q̄modo peccatores in istud desertū exire cōpellātur. Quarto quid christus in hoc deserto egerit Quinto qḋ nos penitētes in huiꝰ deserto agere debeam⁹. Quātū ad pͥmū est sciendum ꝙ penitētia deserto cōparatur rōne sue austeritatis Desertū eni est locus durus ꝛ austerus vtpote spinis et tribulis obsitus et ab omni fructu hūani solacij sterilis. Sic penitētia nutrit spinas cōpūctiōis ꝛ tribulos tribulatiōis. ꝑs. Sacrificiū

